AB
63496

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0002-2

R 1 f.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0004-3

# CHRONOLOGIA PRIMORVM CAESARVM ANTE ET POST NATVM CHRISTVM AB OCCVPATA

A POMPEIO HIEROSOLYMA, VSQVE AD VLTIMAM DEVASTATIOnem eius per Titum Veſpaſiani filium: Hiſtoriarum tam Sacrarum quam prophanarum non illius temporis ſolum, ſed præcedentium & conſequentium etiam annorum fundamentum proponens & calculo Aſtronomico confirmans,

## IN EVM FINEM, VT VERVM TEMPVS NATIVITATIS ET PASSIONIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CVM TOTA *HISTORIA EVANGELICA IN OMNIBVS CIRCVMſtantijs habeatur: ad confirmandam Religionis Chriſtianæ certitudinem, & reprimendam Iudæorum & incredularum Gentium blaſphemiam.*

PER HELISÆVM ROESLIN MED. DOCTOREM, &c.

*FRANCOFVRTI,*

Ex officina Typographica Matthiæ Beckeri.

*M. DC. XII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0005-9

L 124

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0006-5

63 Marcus Tullius Cicero & Cn. Antonius Coſs. ponuntur ab Eutropio & Oroſio anno V.C. 689. qui eſt 690 annus ſecundum Dionyſium Halicar. cuius rationem in annis Romæ C. ego ſequor, vt mediam nec deficientem nec abundantem. Plinius lib. 9. cap. 39. Cicerone Coſ. numerat annum Vrbis 700. errore haud dubio pro 690. anno.

Primus annus Olympiadis 179.

M. Tullius Cicero.
Cn. Antonius Craſſus.

—Tigranes Rex Armeniæ & Syriæ victus à Pompeio, & Syria facta Romana Prouincia principio hyemis paulo ante Saturnalia, Plutarchus in Pompeio: eo ipſo anno, quo Pompeius poſt exacta hyeme Hieruſalem obſidet, vt contextus Hiſtoriarum exhibet apud Ioſephum, Egeſippum, Dionem, Eutropium, Oroſium, Florum, Iuſtinum lib. 40. & Appianum de bellis Syriacis.

Ante paucos quam naſceretur Auguſtus menſes prodigium Romæ factum eſt publice, quo denuntiabatur Regem populo Rom. naturam parturire. Iulius Marathus apud Suetonium.

1

—Hieruſalem capta à Pompeio menſe obſidionis tertio ieiuniorum tempore Olympiade 179. Cn. Antonio & Cicerone Coſs. eodem tempore anni, quo poſt 27. annos (vtriſq; extremis annis incluſis) iterum expugnata eſt ab Herode, Ioſephus Antiquit. lib. 14. cap. 8. 16. 25. 26. & lib. 15. cap. 1. Et lib. de bello Iudaico 1. cap. 5. 13.

Vrbe capta Pompeius Antipatrum Idumæum, patrem Herodis Procuratorem Iudææ facit. Et Hircano Machabæo Sacerdotium confirmat: & Scaurum Syriæ Præſidem conſtituit. Ioſeph. ibidem. Et Egeſippus lib. 2. cap. 13.

685 3961 690 —Octauianus Auguſtus natus eſt 9. Calend. Octob. M. T. Cicerone & Antonio Coſs. paulo ante Solis ortum. Suetonius cap. 5. Dion. lib. 56. 92. annis ante Conſulem M. Vinitium: Inde ad Conſulatum primum eius ſunt 20. anni: Velleius Paterculus lib. 2. Vixit 75. annos, 10. menſes, 26. dies. Suetonius, Dion.

62

D. vel Q. Iunius Syllanus.
L. Licinius Murena.

—Anno ab V. C. 690. (qui eſt 691. annus ſecundum Dionyſium) Q. Iunio Syllano & L. Murena Coſs. Metellus de Creta triumphauit. Eutropius.

2

686 3962 Olym- 691

| Mundi Conditi | Olym-piadum. | Romæ Conditæ | Anni |
|---|---|---|---|
| à Nabonnaſſaro. | | ante Chriſtum | |

| Anni Romæ Conditæ | ante Criſtum | Conſules | Olympiadum | Mundi Conditi | à Nabonnaſſaro. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 692 | 61 | M. Puppius Piſo. M. Valerius Meſſala. | 3 | 3963 | 687 | —His Coſs. Pompeius Magnus pridie Calend. Octob. tertio triumphauit de Aſia, Ponto, &c. Plinius lib. 37. cap. 2. |
| 693 | 60 | L. vel C. Africanus. Q. vel M. Cecilius Metellus Celer. | 4 180 | 3964 | 688 | Iulij Cæſaris res geſtæ priores actæ ſunt L. Africano & Metello Celeri Coſs. paulo ante quam peteret Conſulatum, vt patet ex fine fere lib. 37. Dionis. Actæ autem ſunt anno 1 Olympiadis 180. principante Athenis Herode, Diodorus ſic: in præfatione hiſtoriæ ſuæ. |
| 694 | 59 | C. Iulius Cæſar. M. Calphurnius Bibulus. | 1 | 3965 LVII. Septimana. | 689 | C. Iulio Cæſari Illyricum & Gallia Ciſalpina in quinquennium decernuntur, quod terminatur cum II. Conſulatu Pompeij. Dion. C. Cæſar & L. Bibulus Coſs. locantur ab Oroſio anno V. C. 693. qui eſt 694. ſecundum Dionyſium Halicar. In Capitolinis faſtis etiam annus eſt 694. Olympiade 180. regnante in Ægypto Ptolomæo qui nonus eſt Dionyſius appellatus, Diodorus Siculus in Ægyptum tranſcendit, quod lib. 2. ipſe fatetur. |

| Anni Mundi Conditi / à Nabonnaſſaro | Olympiadum | Romæ Conditæ / ante Chriſtum | Consules | |
|---|---|---|---|---|
| Sabbatum terræ. 690 / 3966 | 2 | 58 / 695 | L. Piſo Cæſonianus. A. Gabinius. | Bellum Gallicum C. Cæſaris, L. Calphurnio Piſone & Aulo Gabinio Coſs. ceptum, vt patet ex lib. 38. Dionis. |
| 691 / 3967 | 3 | 57 / 696 | P. Cornelius Lentulus Spinther. Q. Cæcilius Metellus Nepos. | Gabinius Syriæ Præſes ab Hircano & Antipatro accerſitus. Ioſeph. |
| 692 / 3968 | 4 / 181 | 56 / 697 | Cn. Lentulus Marcellinus. L. Martius Philippus. | |

*Admonitio.*

In Hiſtorijs inſcribendis Mercatorem ſæpius ſecutus ſum, etiam in verbis ipſis: in certitudine vero calculi in columnis poſiti, proprium ductum: quem poſterius deprehendi cum Buntingo conuenire, in annis ſcilicet Romæ Conditæ, Olympiadum, à Nabonnaſſaro & Æræ Chriſtianæ. Calculo probe conſtituto, quilibet ex alijs Chronologis varias Hiſtorias inſcribere poteſt, Ego vero illas ſaltem poſui, quæ ad certitudinem Calculi faciunt, In Hiſtoria Machabæorum circa hæc tempora accuratior ex Ioſepho Caluiſius fuit quam Mercator. Vbi vero & in quibus cum reliquis Chronologis vel conueniam vel diſſentiam, quilibet collatione facta facile deprehendere poterit: Vbique vero rationibus innitendum non authoritatibus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0009-5

55 Cn. Pompeius Magnus II. M. Licinius Craſſus II.

Cn. Pompeio II. Conſuli creato Hiſpania prouincia ad quinquennium aſſignatur: M. Licinio Craſſo Syria prouincia commiſſa in quinquennium. Dion lib. 39.

Anno ab V. C. 697. Craſſus & Pompeius Coſ. fuerunt teſte Oroſio, qui eſt ſecundum Dionyſium 698 annus. Et his Conſulibus Cæſar Britanniam cum exercitu traiecit. Velleius lib. 2.

1 — Herodes quindecim annorum fit præfectus Galilææ à Patre Antipatro, Ioſephus lib. 14. Antiquit. cap. 17. Et hoc tempore hæc facta mors Herodis ſeptuagenarij demonſtrat anno V. C. 753. ſub Conſule Caio Cæſare Auguſti adoptiuo. Ioſeph. Ant. lib. 17. cap. 10. & 11. & de bello Iudaico lib. 1. ſub finem.

693 3969 698

54 L. Domitius Ænobardus. Ap. Claudius Pulcher.

Craſſus & Pompeius Coſ. Cæſari Galliæ imperium in aliud quinquennium prorogant. Appianus in bello ciuili & Parthico. Plutarchus in Cæſare. Velleius lib. 2. Dion vero lib. 39. triennium ſaltem tribuens reſpicit ad tempus, quo Marcus Marcellus cum Sulpitio Rufo Conſul voluit, vt ante tempus legitimum etiam Cæſar imperio ſpoliaretur. Dion lib. 40. Appianus de bello ciuili lib. 2.

2 Anno V. C. 699. Licinius Craſſus ille, qui in Conſulatu II. cum Pompeio Magno Collega fuit, contra Parthos miſſus eſt. Eutropius lib. 6. Et ceptum ſic bellum Parthicum L. Domitio & Ap. Claudio Coſ. Qui Licinius primum Euphrate fluuio transmiſſo & occupata magna Meſopotamia in hyberna ſe cum militibus dedit. Dion lib. 40. ſequente deinde æſtate cum Parthis pugnat.

694 3970 699

53 Cn. Domitius Caluinus. M. Valerius Meſſala.

3 — Licinius Craſſus æſtate media & in meridie cum Parthis pugnans ſuccumbit, Cn. Caluino & Valerio Meſſala Coſ. Dion lib. 40.

695 3971 Olym- 700

Anni Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Romæ Conditæ ante Chriſtum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0010-6

| Anni Mundi Conditi / à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ / ante Chriſtum | Conſules | |
|---|---|---|---|---|
| LVIII. Septimana. 696 / 3972 | 4 / 182 | 52 / 701 | Cn. Pompeius Magnus III. Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio. | Inter Conſules Cn. Domitium Caluinum & Cn. Pompeium Magnum Gerhardus Mercator annum ſine Conſulibus fruſtra ſine rationibus iuſtis interponit. |
| Sabbatum terræ. 697 / 3973 | 1 | 51 / 702 | Seruilius Sulpitius Rufus. M. Claudius Marcellus. | Finis belli Parthici Marcello & Sulpitio Rufo Coſs. quarto anno poſtquam inceperat (vtriſque extremis annis ſcilicet incluſis) Dion lib. 40. |
| 698 / 3974 | 2 / Olympiadum | 50 / 703 | L. Æmylius Paulus. C. Claudius Marcellus. | Cæſar Conſule Marcello Romam mittit, qui Conſulatum pro ſe peterent, & ſuarum prouinciarum tempus dilatandum impetrarent, Plutarchus in Cæſare. Marcellus vero ille qui cum Sulpitio Rufo Conſul fuerat, monet, Cæſari Succeſſorem in Prouinciam ſubrogari etiam ante tempus. Appia. lib. 2. de bello ciuili. Sed quod Pompeius repugnabat, retinuit Cæſar imperium in Gallia, vſque ad conſtitutum tempus, quod ſequenti modo anno exiuit, vt patet ex Dione lib. 40. ſub finem. |

*Nota initium anni Rom. ante emendationem Calendarij in Autumnum fere incidere.*

49

C. Claudius Marcellus II. L. vel Cornelius Lentulus Cruſcellus.

Curio cum literis Cæſaris ad Senatum de negotio inter ſe & Pompeium Romam venit ad ipſas Calendas, quibus Cornelius Lentulus & C. Claudius Conſulatum inibant. Et decernit Senatus, vt Cæſar imperium ſucceſſoribus tradat (altero ſcilicet quinquennio ad finem delato) Dion. lib. 41. ſub initium. Hinc iam belli ciuilis initium quod durat 20. annos: Pompeius percipiens Cæſarem aduentantem, Brunduſium diſcedit ſub finem Autumni: Inde in Marſiliam abit: Cæſar autem Sardiniam & Siciliam occupat, Hiſpaniam item & Maſſiliam. Antequam autem Romam peruenit, Dictator factus eſt in ſequentem annum. Dion lib. 41.

Velleius Pater. lib. 2. Lentulum & Marcellum Coſs. ponit anno 703. poſt V.C. 78. annis ante M. Vinitium Coſ. & inquit ſub His Coſs. bellum ciuile exarſiſſe, quæ omnia egregie conueniunt.

3

—Eclipſis Solis notata à Dione lib. 41. ſub his Coſs. facta 9. die Auguſti hora 10. ante Meridiem in 13. grad. Leonis Capite Draconis in 4½. grad. Leonis conſtituto.

699
3975 | 704

—Cæſar Romam veniens Dictaturam accipit & ſub finem anni antequam Conſulatum II. iniret Brunduſium contendit, Pompeio Theſſalonicæ hyemante. Dion ibidem.

48

C. Iulius Cæſar Dictator I. Conſul II. P. Seruilius Vatia Iſauricus.

—Cæſar media hyeme traijcit contra Pompeium. Dion ibidem.

—Hoc anno fit pugna Pharſalica inter Cæſarem & Pompeium. Dion lib. 41. quam pugnam & cladem Pompeij per annum præceſſit Eclipſis Solis totalis ſupra poſita, vt Dion notauit fol 98.

4

*Nota Septemb. in æſtatem incidere ante emendationem anni.*

Victus Pompeius in Ægyptum aufugit & interfectus eſt à L. Septimo pridie vel poſtridie natalem eius 59. annos natus (natus autem fuit 30. Septemb.) Velleius Paterculus lib. 2. Plutarchus. Florus lib. 3. Dion lib. 41. 42. Cæſar de bello ciuili lib. 3.

700
3976 | Olympiadum | 705

Anni

Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Romæ Conditæ ante Chriſtum

47

C. Iulius Cæſar Dictator II. Q. Fuſius Calenus & P. Vatinius vel Vaticanus Coſſ.

C. Ivlivs Cæsar victo Pompeio Monarcha nunc regnat trien nio & 7. menſibus, Egeſippus lib. 1. cap. 27. vel 3. annis 6. menſibus. Ioſeph Antiq. lib. 14. cap. 19. Clemens Alexandr. lib. 1. Strom. 3. annos habet 4. men ſes. 5. dies.

gesippus numerat menſes ſe- undũ ve- erem an- ium, Cle- nens ſe- undũ cor rectũ an- num.

Cæſar fugientem Pompeium in Ægyptum perſequens, ab Octobri 9. integros menſes conſumpſit in Ægypto. Dion lib. 42. Cæſar de bello ciuili lib. 3. Antipater Edomita pater Herodis Cæſarem iuuat in Ægypto. Ioſeph. Antiq. lib. 14. cap. 14. 15.

1

Gerhardus Mercator annum hic omittit cum Coſ. Caleno & Vatinio: item Dictaturam Cæſaris II. cum anno Conſulatus II. confundit præter rationem.

—Cæſar rebus in Ægypto compoſitis in Armeniam contendit II. Dictator, de bello ciuili lib. 3. Dion lib. 42. Et Cæſar bello confecto in Ægypto in Syriam veniens Antipatrum procuratorem Iudææ confirmat (antea à Pompeio factum) & Hircanum Pontificem Iudæorum facit. Ioſeph. Antiq. lib. 14. cap. 14. 15.

—Sex. Cæſar Syriæ præſes: Et Herodes Syriam purgat à Latronibus, per quod facinus innoteſcere cepit Herodes, vt huius præfecturæ memi nerit modo Ioſephus, etiam multo ante præfecti facti Galilææ à Patre Antipatro. Ioſeph Antiq. lib. 14. cap. 17. vt ſupra: vide anno ante Chriſtum 55. *Hæc facta ſub Coſſ. Vaticano & Caleno contextus Hiſtoriarum in Dione & Ioſepho arguit.*

701 | 3977 | 706

46

C. Iulius Cæſar Dictator & Conſul III. M. Æmilius Lepidus.

—Cæſar paulo ante hyemem Romam redit, deinde media hyeme in Africam traijcit. Dion. lib. 42. Hirtius lib. 5. Ioſephus lib. 14. Antiquit. c. 29.

—Iulius Cæſar Africano bello confecto 13. Iunij Vtica ſoluit, Sardiniam verſus. Hirtius lib 5. Florus lib. 115.

Iulius Cæſar poſtquam Romam venit annum emendat III. Conſul & III. Dictator, intercalatis 67. diebus, qui ad ſummam exactam requirebantur. Dion lib. 43. Macrobius lib. 1. cap. 14 dicit annum confuſionis vltimum in 443. dies protenſum fuiſſe, ita 78. dies intercalaſſe intelligit. Suetonius dicit eum fuiſſe 15. menſium cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat. Sed Lunares menſes intelligit, vt etiam Dion teſtatur apud veteres Romanos in vſu fuiſſe libro 43. Ideo auſpicabatur Iulius annum primum habita etiam Lunæ ad Solem dimenſione non antea quam Lunam cum Sole coeuntem conſpexiſſet (teſte Macrobio & Lucido) poſt Solſtitium ſcilicet hybernum.

2

702 | 3978

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum. | Anni Romæ Conditæ ante Chriſtum |
|---|---|---|

707 Cæſar in hyeme bellum gerit contra Pompeij filium in Hiſpania & fit IIII. Dictator & Conſul. Dion lib.43. initio primi anni Iuliani, Cenſorinus. Et quod iſte primus annus Iulianus ſit, Calculus Aſtronomicus vere exhibet, quod videlicet anno ante natum Chriſtum 45. completo fere Nouilunium proximum ſolſtitio hyberno in 9. gradu Capricorni fuerit. Igitur ab hoc gradu Calendas Ianuarij & annum ipſum incipere voluit Cæſar, non à Solſtitio hyberno, & iſte etiam vere primus annus Iulianus eſt.

*Fundamentum certum aſtronomicum. Nouilunium cadit in 9. grad. &c. circa 8. horam pomeridianam.*

45 C. Iulius Cæſar IV. Dictator & Conſul IV. cum Fabio Maximo ſuffectus tandem Lepidus

Nicolaus Copernicus lib. 3. cap. 11. Reuolutionum computat à prima Meridie Nabonnaſſari ad primum annum Iulianum annos Ægyptios 702. dies 118. cum ſemiſſe, Inde ad Octauiani Auguſti Monarchiam poſt Antonij & Cleopatræ occaſum annos Ægyptios 15. dies 246. cum ſemiſſe. Quæ omnia recte conueniunt: à quibus cum ſine cauſa receſſerit Gerhardus Mercator; in varios errores lapſus fuit, vt cœlo ipſo errorem aſcripſerit, illud æſtuationem paſſium eſſe dicens circa tempora Chriſti.

LIX Septimana.

3

703
3979

—Iulius Cæſar victoriam reportat de filio Pompei vltimam, triumphos agit, & nomen IMPERATORIS aſſequitur. Dion. lib. 43. Florus lib. 115. 116. Hirtius lib. 6. Plutarchus in Cæſare.

—Iulius in Octobri in Vrbem ingreditur & quinq; ſaltem menſium quietem habens occiditur. Velleius Pater. lib. 2.

Sabbatum terræ.

1

708

Sextus Cæſar Syriæ præſes occiditur. Succedit Marcus circa tempus quo Iulius Cæſar occiſus eſt. Ioſeph. antiquit lib. 14. cap. 17. ſub finem.

44 Cæſar Dictator V. ſuffectus Dolabella. M. Antonius.

*Fundamentum firmum annorum R. C. & Olympiadum ex primo anno Iuliano ſumptum.*

—Secundo anno Iuliano occiſus eſt Iulius Cæſar V. Dictator idibus Martij. Suetonius. Cenſorinus. anno V. C. 709. fere Eutropius. Plutarchus. vel anno V. C. 708. ſecundum Velleium Paterculum. vel 710. anno V. C. ſecundum Oroſium, anno 4. Olympiadis 183. inſtante Olympiade 184. vt colligitur ex Epiſt. Ciceronis ad Atticum 2. Iunij ex Epiro ſcripta. Succedit OCTAVIANVS AVGVSTVS hæres Cæſaris natus 18. annos, vt ijdem teſtantur & Iulius Obſequens, & inde regnat 57. annos. 6. menſes Ioſeph. Antiquit. lib. 18. cap. 4. cum Antonio 14. reliquos ſolus: Tacitus 58. annos ponit, tot videlicet annorum Conſules intelligens.

4

184

*Horatius lib. 4. Carm. Fortuna Luſtro proſpera tertio Belli ſecundos reddidit exitus.*

Octauianus Auguſtus, primo ſtatim anno bellum gerit cum Antonio. Dion lib. 46.

Occiſo Cæſare Sol cum pallore per integrum fere annum conſpectus fuit, Plinius lib 2. cap. 30. Et Iulius Obſequens, vt prodigium fuerit non Eclipſis, vt quidam ex 1. lib. Georg. Virgilij & eius commentatore Sergio inferre volunt.

Olympiadum

704
3980

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | ANNI Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum |
|---|---|---|

Caſſius coniuratorum vnus in Syriam venit poſt necem Cæſaris: & Antipater veneno tollitur inſidijs Malichi, Ioſeph. Antiq. lib. 14. cap. 17. 18. 19.

2 709 Herodes ducit nunc alteram vxorem, Hircani ex filia neptem, ante enim Dorem duxerat, Ioſeph. ibidem cap. 21.

43 Fabius Damaſci præſes, Ioſeph. ibidem cap. 20.

A. Hircius. Vibius Panſa.

Anno V. C. 710. Coſſ. fuerunt Hirtius & Panſa. Solinus cap. 2. Eutropius ponit annum 709.

Stella quædam ante non viſa per multos dies apparuit. Dion lib. 45. ſub initium horum Conſulum eius mentionem facit; antea poſt mortem Iulij Cæſaris Stellæ Cometæ mentionem fecit. Sed hanc Stellam ſimpliciter vocat. *Stella.*

1

Octauianus Auguſtus. Q. Pedius.

705 3981 Octauianus Auguſtus Conſulatum primum init pridie quam impleret 20. annos 10. Calend. Octobris, cum Collega Q. Pedio, poſt V. C. annis 709. & ante 72. annos quam M. Vinicius Conſulatum iniret, Velleius Pater. lib. 2. Eutropius. Dion; Macrobius & Tacitus ponunt 16. diem Auguſti. Marcellus ſub Coſſ. Baſiliſco & Armato notat Octauianum Anno V. C. 707. cepiſſe: Dion C. Vibio Panſæ ſurrogatum ait lib. 46.

3 710 Inde regnat 56 annos. 12. annos cum Antonio & Lepido. 44. ſolus, Suetonius cap. 8. Eutrop. lib. 7. Auguſtus illum diem habuit ſupremum quo Hircio & Panſa in bello deſideratis primum Conſulatum inijt 14. Cal. Septemb. vt Tacitus & Dion teſtantur. Ideo ab hoc die Hiſtorici annos Auguſti numerant.

42

M. Æmylius Lepidus II. L. Munatius Plancus.

Caſſius è Syria egreditur & cum Bruto apud Philippos ab Antonio & Cæſare vincitur: Cæſar inde in Gallias abit, Antonius in Aſiam & Syriam. Ioſeph. lib. 14. Antiquit. cap. 22. & hæc facta ſub Coſſ. M. Lepido 11. & L. Planco. Dion ſub finem lib. 47. & ſub initium lib. 48.

2

Herodes & Phaſaelus fratres Tetrarchę creantur ab Antonio anno vno antequam Pacorus Syriam inuaderet. Ioſeph. lib. 14. Antiquitatum cap. 21. 23. Lib. 1. de bello Iudaico cap. 11.

706 3982 Olympiadum

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum | Anni |
|---|---|---|---|

4 711 41 — *P. Seruilius Iſauricus II. L. Antonius Pœtus.*

16 Calend. Decembris natus eſt Tyberius M. Æmilio Lepido iterum & Munacio Planco Coſs. vixit annos 77. menſes 4. dies 9. Suetonius. Dion lib. 58. Suetonius inquit Natalem Tyberij ſic in faſtos actaque publica relatum eſſe: Nec tamen deeſſe, qui partim præcedenti anno Hircij & Panſæ, partim in ſequenti Seruilij Iſaurici Antonijque Conſulatu genitum eum ſcribant. Hinc Eutropius illum mortuum ſcribit 79. ætatis anno: Sicuti Aurelius Sextus illum 78. annorum facit & 4. menſium: Vide infra ſub mortem illius.

3 — 707 3983

Altero anno poſtquam Tetrarchæ creati Herodes & Phaſaelus ab Antonio, Parthi duce Pacoro Syriam & Paleſtinam occupant, Dion. lib. 48. Hircanum captiuum abducunt & Ariſtobulum fratrem eius Iudæis præficiunt. Et hæc cepta hoc anno circa feſtum Pentecoſtes in ſequentem annum modo perficiunt, vt patet ex Ioſeph. Antiquit. lib. 14. Et Dion etiam duorum annorum acta coniungit, vt quæ cepta ſub Coſs. Antonio & Seruilio, abſoluta modo ſub Coſs. Domitio & Aſinio, vt in hyeme ſequentis anni, ſub modo dictis Coſs. Antigonus Ariſtobuli filius Rex Syriæ ordinatus à Parthis, Herodes vero ſub vernum tempus Rex Iudæorum Romæ declaratus.

5 712 40 — *Cn. Domitius Caluinus. C. Aſinius Pollio.*

Antigonus filius Ariſtobuli Hircani nepos Rex ordinatur Syriæ à Parthis. Ioſeph. Antiquit. lib. 14. cap. 22. Phaſaelus frater Herodis ab Antigono perimitur. Antigonus regnat 3 annos ac menſes 3. vſque ad captam Ieroſolymam, Hircanus per 5. annos fuit in Babylone, Egeſippus lib. 2. cap. 13. iuxta finem.

4 — 185 — 708 3984

—Herodes Aſcalonita Antipatris filius hyeme tendit Romam & à Senatu & Cæſare Iudæorum Rex creatur, Cn. Domitio Caluino & C. Aſinio Coſs. Olympiade 184. Antiquit. lib. 14. cap. 24. 25. Inde regnat Herodes 40. annos. Ioſippus lib. 2. cap. 24. & 25. Olympiades in lata ſignificatione ponit Ioſephus; incidunt enim hęc geſta in 4. annum Olymp. 184. & ſub finem fere huius anni inſtante 185. Olympiade.

6 713 39 — *L. Portius Cenſorinus. C. Caluiſius Sabinus.*

Ventidius Baſſus à Romanis in Syriam mittitur contra Parthos. Ioſephus ibidem.

1 — 709 3985

Anni: Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Romæ Conditæ, Iuliani, ante Chriſtum

7
714
38 Ap. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus.

Soſius Ventidium ſequitur in Syriam cum exercitu. Ioſephus Antiquit. lib. 14. cap. 23. Quem Soſium Antonius res orientales adminiſtrans Syriæ Præfectum facit Coſs. Claudio & Norbano. Dion. lib. 49.

LX Septimana. 2
710
3986

8
715
37 M. Vipſanius Agrippa. L. Caninius Gallus.

—Herodes cum Soſio obſidet Hieruſalem anno 3. ex quo Romæ Rex declaratus fuit, Ioſephus Antiquit. lib. 14. cap. 27. Et quinto menſe (obſidionis) cepit eam. Egeſip. lib. 1. cap. 21.

Sabbatum terræ. 3

Sabbatum terræ.

711
3987

—3. menſe ieiuniorum Vrbs Hieruſalem capitur ab Herode M. Agrippa & Caninio Gallo Coſs. Olympiade 185. Hebraicus textus recte habet in 4. menſe, die ieiunij. Ioſeph. Antiquit lib. 14. cap. 27. 28. Inde regnat 37. annos Herodes iam ante Rex declaratus, Idem lib. 17. cap. 10. Egeſippus lib. 1. cap. 45. Sic enim Ioſephum & Egeſippum interpretamur. Incidit autem hæc clades in annum 7. quo agriculturam exercere prohibitum eſt. Idem ibidem Et lib. 15. cap. 1. Inde Sabbaticorum annorum fundamentum pendet ex hoc Sabbato terræ, item Hebdomadarum Danielis ratio, & Annorum Græcorum vel Seleucidarum. Inde Herodes regnat 6. annos legitime. Philo.

9
716
36 L. Gellius Puplicola. M. Cocceius Nerua.
4
186

L. Gellio & Cocceio Nerua Coſs. Antonio exacto priore quinquennio prorogatur Imperium in alterum Quinquennium, qui & hyeme in Syriam profectus eſt, & C. Octauianus Cæſar bellum incipit, in quo ei omnia ex ſententia ſucceſſerunt. Dion lib. 48.

712
3988

ANNI: Romæ Conditæ | Iuliani ante Christum | Olympiadum. | Mundi Conditi à Nabonnaſſaro.

10
717
35

L. Cornificius. Sex. Pompeius.

Soſio in Præfectura Syriæ ſuffectus Q. Didius. Dion lib. 51.

1

—Herodes Ananelum quendam conſtituit ſummum Sacerdotem & Hircanus redit in Iudæam. Quem Herodes in ſummo honore habet, ſimulate tamen. Ioſeph. Anti. lib. 15. cap. 2.

713
3989

11
718

—Herodes Ariſtobulo 16. annorum confert Sacerdotium. Ioſeph. ibidem. depoſito Ananelo.

34

L. Scribonius Libo. L. Atrarius, Alijs M. Antonius

2

M. Antonius II. Conſul ſubſtituit in locum L. Sempronium Atratinum.

714
3990

—Ariſtobulus nepos Hircani Pontificis ex filia functus Sacerdotio in feſto Scenopegiæ, mox deinceps dolo Herodis ſubmergitur & occiditur 17. annum ætatis egreſſus. 1. anno Pontificatus, Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 3. Inde Herodes regnat 34. annos. Euſebius ab hoc anno 3. Olymp. 186. annos Herodis incipit, & alij etiam Eccleſiaſtici Hiſtorici, dum inquiunt Chriſtum natum 33. anno regni Herodis. Epiphanius. Cyrillus. Pontificatus iterum redit ad Ananelum iuſſu Herodis, Et Herodes ſic Rex & Pontifex ſummus factus.

12
719
33

C. Cæſar Octauianus II. M. Tullius Cicero F. L. Volcatius.

3

Auguſtus ſecundo Conſulatu pauciſſimis horis functus eſt, alio ſuffecto in locum. Suetonius in vita Auguſti.

715
3991

A n n i: Romæ Conditæ / Iuliani / ante Chriſtum; Olympiadum; Mundi Conditi / à Nabonnaſſaro.

| Mundi Conditi / à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ / Iuliani ante Chriſtum | Consuls |
|---|---|---|---|
| 716 / 3992 | 4 / 187 | 13 / 720 / 32 | Domitius Ænobardus. C. Soſius. |
| 717 / 3993 / LXI Septimana. | 1 | 14 / 721 / 31 | C. Cæſar Octauianus III. M. Valerius Meſſala. |
| 718 / 3994 / Sabbatum terræ à Nehemia LXI. | 2 | 15 / 722 / 30 | Cæſar Octauianus Auguſtus IIII. M. Licinius Craſſus |

Cæſar Auguſtus 32. natus annos, anno 12. poſtquam Conſul fuerat, Antonium & Cleopatram ad Actium vincit 2. Septemb. Conſulibus ſe III. & Valerio Meſſala, Dion lib. 50. 51. Velleius lib. 2. anno 7. regni Herodis Olympia: 187. Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 6. Inde regnat Auguſtus 44 annos. Dion lib. 51. & 56. Antonius & Cleopatra in Ægyptum aufugiunt, quos Cæſar perſequitur.

Anno 7. Herodis dum ad Actium conflictatur maximus Terræ motus in Iudæa fuit. Et poſt pugnam Actiacam ad Cæſarem profecturus Herodes Hircanum 80. annorum interficit, Ioſephus. *Ab interfecto Hircano Philo* incipit 31. annos Tyrannici imperij Herodis.

Poſt Soſium Syriæ præficitur Meſſala. Dion.

—Herodes Cæſarem venientem in Syriam verno tempore poſt pugnam Actiacam accedit, & Coronam denuo ab illo accipit, eumque ſequitur in Ægyptum vſque. Et iſte annus eſt coniunctionis Iudæorum cum Romanis. Inde Epiphanius dicit Chriſtum natum 29. anno. lib. 2. Tom. 1. fol. 130. Ioſeph. de bello lib. 1. cap. 15.

Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0019-0

30 Cæſar Octauianus Auguſtus IIII. M. Licinius Craſſus.

Sabbatum terræ à Nehemia LXI.

*Certum fundamentum aſtronomicum.*

A regno Nabonnaſſari vſque ad Alexandri Magni mortem colligit Ptolomæus 424. annos Ægyptios, à morte Alexandri ad regnum Auguſti 294. ita à Nabonnaſſaro ad Monarchiam Auguſti 718. annos Ægyptios, à Monarchia Auguſti ad putatum annum & diem natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Copernicus computat 29. annos, dies 130. cum ſemiſſe, lib.3. Reuol.cap.11. Et à primo Auguſti anno primaque die in Thoth Ægyptio Menſe & meridie ad Æquinoctium autumnale obſeruatum à Ptolomęo anno 17. Adriani in 7. die Athir duabus poſt meridiem horis æqualibus, anni ſunt Ægyptij 161. dies 66. horæ 2. æquales. Ptolomæus lib.3 cap.8. & 10.

*Ptolomæus Monarchiam Auguſti incipit ab eo tempore, quo Octauianus regnũ Ægypti occupauit (occiſis Antonio & Cleopatra) in menſe Sextili (qui ob id Auguſtus cognominatus eſt) teſte Oroſio & Macrobio Satur.lib. 2.cap.12.*

2

— Cæſar Octauianus occupat regnum Ægypti in menſe Sextili. Oroſius & Macrobius lib. 1. cap. 12. poſtquam Cleopatra & Antonius ſe occidiſſent, cum Cleopatra regnaſſet 22. annos & cum Antonio 14. Plutarchus Zonarus lib. 2. & ſic facit finem bellis ciuilibus Cæſar circa mediam Olympiadem 187. Dionyſ. Halicar. lib.1. cum duraſſent 20. annos. Velleius lib. 2. Florus lib. 133. Dion lib. 51. Eutropius lib. 7. Oroſius lib. 6. cap.19. Anno V. C. 723. cum Octauianus IIII. Conſul eſſet, Clemens Alex. Inde Dionyſius Halicar. numerat 22. annos ad annum V.C. 745.

718
3994

*Hinc Æra Ægyptiaca initiũ ſumit.*

16
723

Reuerſus Herodes in Iudæam redeuntem in Syriam ex Ægypto Cæſarem Octauianum excipit magnifice & tractat ſplendide. Ioſephus. Deinde in Hyberna in Aſiam conceſſit Cæſar. Oroſius.

29 Cæſar Octauianus Auguſtus V. Sex. Apuleius.

*Ianus primo clauſus.*

Cæſar Octauianus ex Oriente Romam venit 6. Ianuarij triplici Triumpho, & Iani Templum claudit primo ipſe cum V. Conſul eſſet anno V.C. 725. Dion.lib.51. Oroſius lib. 6 cap.20. Suetonius. Macrobius. Et hoc die primum AVGVSTVS conſalutatus eſt. Oroſius: quamuis Dion ſequenti modo anno hoc factum affirmet lib.53. fol 311.

3

Herodes poſt annum à reditu à Cæſare vxorem Mariamnem filiam Hircani & ſororem Ariſtobuli etiam interficit. Ioſeph. Ant.lib.15. cap. 9. 11. Ioſippus Biennio poſtquam Hircanum interfeciſſet. Philo.

719
3995

ANNI Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum | Olympiadum | Mundi Conditi à Nabonnaſſaro.

17 | 724 | 28 — Cæſar Octauianus Auguſtus VI. M. Vipſanius Agrippa II. — 4 | 188 — 720 | 3996

Octauianus VI. cum M. Agrippa Conſul Iani templum aperit, & in Hiſpaniam bellum parat. Tacitus lib. 3. Dion. lib. 53. Oroſius lib. 6. cap. 21. Cæſar Octauianus Imperium decennale ſuſcipit ſe VI. Conſule. Dion. lib. 53. Inde Cenſus ſemper fit ſequenti anno poſt decennale Imperium, vt patet ex Dione lib. 53. Quamuis domi videatur cenſus actus eo ipſo anno, vt patet ex principio lib. 53. Dionis. Sequenti tamen modo anno per Gallias actus, vt deinceps ex Dione etiam patebit & ex Floro. Ludos etiam & ſpectacula exhibet Auguſtus cum Agrippa, qui ludi deinceps quinto quoque anno facti ſunt, ibidem. *Ludi Inſtrales.*

18 | 725 | 27 — Cæſar Octauianus Auguſtus VII. M. Vipſanius Agrippa III. — 1 — 721 | 3997

Cæſar Octauianus ſententia Munatij Planci AVGVSTVS à Senatu ceteriſque ciuibus appellatus eſt, ab initio anni 17. Ianuarij ſe ſeptimum & M. Agrippa III. Coſs. Dion lib. 53. Cenſorinus cap. 17. Inde initium Aeræ Auguſti 2. annis poſt Æram Ægyptiorum, Vide anno Vrbis 745. Cæſar rebus compoſitis & omnibus prouincijs in certam formam redactis, AVGVSTVS quoque cognominatus eſt, & menſis ſextilis in eius honorem appellatus eſt. Cum ille Narbonæ conuentum egit, Cenſus è tribus Gallijs, quas Cæſar Pater vicerat, actus. Florus in Epitome Liuij cap. 134. De hoc cenſu Euſebius etiam & Dion lib. 53. Ille Cenſus deinde luſtralis factus vſque ad Chriſtum. *Cenſus Luſtralis.*

19 | 726 | 26 — Cæſar Octau. Aug. VIII. T. Statilius Taurus. — 2 — 722 | 3998

ANNI Romæ Conditæ | Iuliani | ante Chriſtum — Olympiadum. — Mundi Conditi | à Nabonaſſaro.

20
727

25
C. Cæſar Octauianus IX.
M. Iunius Syllanus

—Herodes cognoſcens Babæ filios poſt expugnatam Hieroſolymam 12. integros annos à Caſtobaro ſeruatos eſſe, hos occidit, vt iam totam Hircani cognationem interfecerit, Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 11.

3

*Ianus ſecundo clauſus.*

723
3999

—Cæſar Octauianus poſtquam finijſſet bellum Cantabricum ſe IX. & Syllano Coſs. Iani portas ſecundo ipſe clauſit, Et ſic quarto poſt Vrbem Cond. clauſus eſt Ianus, Oroſius lib. 6. Suetonius. Florus. Dion lib. 53.

21
728

24
Imp. Cæſar Auguſtus X.
C. Norbanus Flaccus.

LXII Septimana.

Anno 13. regni (ab expugnatione ſcilicet Vrbis Hieruſalem) Herodis, ingens fuit fames in Iudæa & Sebaſten condidit Herodes ante Samariam dictam, Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 11. & 12.

4
189

Ælius Gallus (Dioni Largus) exercitum ducit in Arabiam Fœlicem, ſub his Coſs. Dion lib. 53.

724
4000

Sabbatum terræ.

22
729

23
Imp. Cæſar Auguſtus XI.
Cn Calphurnius Piſo.

*Auguſtus tribunus plebis factus continuauit per 37. annos, Dion. Tacitus.*

Agrippa in Syriam ablegatur & præficitur vniuerſo Orienti Auguſto XI. Coſ. ſed manet in Lesbo. Dion lib. 53. ſub finem: præeſt Agrippa 10. annis. Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 13. lib. 16. cap. 7.

1

Circa hoc tempus Herodes auxilia mittit Cæſari 500. selectos, quos Ælius Gallus duxit in Arabiam, & eorum ſæpe forti vſus eſt opera. Ioſeph. lib. Antiquit. 15. cap. 12.

725
4001

| ANNI Romæ Conditæ | Iuliani ante Chriſtum | Olympiadum. | Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. |
|---|---|---|---|

23
730 Herodes poſtquam fami conſilio & opibus egregie ſubueniſſet, incipit ædificare regiam & alia ſubinde ædificia & vrbes, quas 12. annorum ſpacio abſoluit cum Cæſarea. Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 12. & 13.

22 M. Claudius Marcellus. L. Aruntius.

Herodes Agrippam in Aſiam venientem ſalutat apud Mitylenem. Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 13.

2 Circa hæc tempora Pontifex Iudæorum fit Simon Boethi Alexandrini filius. Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 12.

726
4002

24
731 Varus Trochonitidis Prouinciæ præſes circa hæc tempora. Nam plures fuiſſe præſides in diuerſis partibus etiam deinceps patebit, Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 13. Et de bello Iudaico lib. 1. cap. 15.

21 Q. Æmilius Lepidus. M. Lollius.

3 Agrippa gener Cæſaris factus reuocatur ex Syria Romam, Conſulibus Lollio & Lepido. Dion. lib. 54.

Auguſtus egreditur Roma verſus Syriam in Orientem circumferens præſentia ſua orbi terrarum pacem, & emanet triennij temporis ſpacio. Nam ſub Sentio Saturnino adhuc agebat in Oriente. Velleius Pater.

727
4003

25
732 Vere ex Samo vbi hybernauit Auguſtus in Aſiam pergit, Apuleio & Sylio Coſs. Et Agrippæ Caius ex Iulia natus. Dion. lib. 54. Anno 10. (poſt Actiacam pugnam Ioſeph. de bello Iud. lib 5 cap. 15.) vel anno 17. (ab occupata ſcilicet Hieruſalem) Antiquit. lib. 15. cap. 13. Cæſar venit in Syriam tempore Agrippæ, quem Cæſar in Italiam remittit, & Herodem Syriæ præſidibus adiungit, Ioſeph. ibidem. vt plures fuerint præſides vno tempore.

*Deinceps nominantur ſaltem Syriæ præfecti: poſt mortẽ Herodis etiam Iudææ præfecti: poſtquam Iudæa eſt attributa Syriæ. Nã ante Herodes Rex Iudææ eſt.*

20 M. Apuleius. P. Syllius Nerua.

4 Cæſarea hic condi cepta: nam 10. anno abſoluta 28. ſcilicet regni Herodis anno (ab occupata Hieruſalem ſcilicet) Ioſeph. Ant lib. 35. cap. 12. & lib. 16. cap. 9.

190

728
4004 Olympiadum

Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum

26 733

Herodes anno 18. regni ſui (ab occupata Hieruſalem) de reſtaurando templo cogitat, & conuocata concione populi & re prius delata, mox præparationem facit ad opus, conductis mille plauſtris pro aduehenda materia, & decem millibus artificibus. Ioſeph lib. Ant. 15. cap. 14.

19 C. Sentius Saturninus. Q. Lucretius Veſpillo, alijs Cinna.

1

Auguſtus Octauianus domum redit ex Syria ſub Conſule Sentio. Dion. lib. 54.

729 4005

27 734

Primum decennium Imperij Auguſti currit ad finem cum Conſulatu Sentij, & Quinquennale imperium incipit cum Conſulatu Lentuli. Dion lib. 54. fol 324.

18 Cn. Cornelius Lentulus. P. Cornel. Lentulus Marcellinus.

2

730 4006

28 735

*Seculares Ludi in anno luſtrali.*

17 C. vel T. Furius. C. Iunius Silanus.

3 Olympiadum

LXIII Septimana.

731 4007

—C. Furnio & Sylano Coſs. Agrippæ alter filius Lucius natus, quem Cæſar Auguſtus cum fratre Caio adoptat. Dion. lib. 54. fol. 327. Seculares Ludos Quintos faciunt Auguſtus & Agrippa anno V. C. 737. Dion. lib. 54. Cenſorinus libello de natali. cap. 13. Inter quos & illos Claudij quarto eius Conſulatu ſunt anni 63. Plinius lib. 7. cap. 48. quos Cornelius Tacitus ponit in annum 800. V. C. 64. anno quam Auguſtus ediderat. lib. XI. fol. 137. Conueniunt omnia egregie.

Maria mater Ieſuh nata, ſi quindecim annorum fuit, cum peperit Saluatorem Mundi.

ANNI
Mundi Conditi à Nabonnaſſaro.
Olympiadum
Romæ Conditæ Juliani ante Chriſtum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0024-4

Sabbatum terræ.

29
736

16
L. Domitius Ænobardus.
P. Cornelius Scipio.

Herodes aduecta materia ad templum iam ante (per integros tres annos) & ſelectis artificibus omnis generis, cæmentariæ & lignariæ fabricæ peritis, demolitur vetus Templum (per præcedentem ſcilicet annum.) Et fundamentis nouis repoſitis, nouum opus ſuperſtruere incipit, Ioſeph. Antiq. lib. 15. cap. 14.

—Et inſtaurat templum anno 15. regni ſui (ab eo ſcilicet tempore quo Coronam denuo à Cæſare accepit verno tempore poſt pugnam Actiacam.) Idem lib. 1. de bello. cap. 16. Inde excurrunt 46. anni vſque ad paſcha, circa quod Iudæi ad Chriſtum dicunt, 46. annis ædificatum eſt hoc templum, &c. Iohan. 2. A demolitione ſcilicet & inſtauratione templi. Agrippa Domitio Coſ. redit ex Italia in Aſiam, quem Herodes inuitat in Regnum. Ioſeph. Antiquit. lib. 16. cap. 2. Dion lib. 54. fol. 327. ac præeſt Agrippa Præfecturæ per reliquum tempus 10. annorum.

4
191
732
4008

30
737

15
M. Liuius Druſus Libo.
L. Calphurnius Piſo.

Rhetia Vindelicorum à Tiberio Nerone & Druſo domita. Florus cap. 136. De quo Horatius:

*Fortuna luſtro proſpera tertio,*
*Belli ſecundos reddidit exitus*, id eſt,

Euenit, vt poſt annos quindecim Druſus eo die Rhetos Vindelicos vinceret, qua die Auguſtus Alexandriam vicerat, vt explicat Porphyrion, item Chriſtophorus Londinus. Rheti autem victi à Tiberio & Druſo ſub Coſs. Druſo & Calphurnio, vt patet ex Dione lib. 54. fol. 328. & cum 15. anni ſint à tempore quo Octauianus Alexandriam Ægypti occupauit, Igitur Luſtrum ſpacium eſt 5. annorum non 4. vt Acron hunc locum interpretatur. *Luſtrum ſpacium 5. annorum.*

1
733
4009

31
738

14
M. Licinius Craſſus.
Cn. Cornel. Lentulus Augur.

2
734
4010

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum |
|---|---|---|

L

32 739 13 — Claudius Tiberius Nero. P. Quintilius Varus. — 3 — 735 4011

Agrippa gener Cæſaris decedit ex Aſia in Italiam poſt decennalem adminiſtrationem, Coſs. Claudio Tiberio & Quintilio Varo. Dion lib. 54. ſecum ducens Antipatrum Herodis. Ioſeph. Ant. lib. 16. cap. 6. in fine.

33 740 12 — M. Valerius Meſſala. P. Sulpitius Quirinus. — 4 192 — 736 4012

*Cenſus luſtralis.*

—Agrippa moritur ab initio horum Conſulum poſt hyemem. Cura deinde atque onus Germanici belli demandata Druſo adoleſcenti: Et cenſus agitur in Gallijs à Druſo, Coſs. Valerio Meſſala, & Sulpitio Quirino. Dion lib. 54. Velleius Pater. Florus. 136. & 137. cap.

34 741 11 — Q. Ælius Tubero. Paulus Fabius Maximus. — 1 — 737 4013

Iulio & Fabio Maximo Coſs. Iani portæ iuſſæ ſunt claudi ab Auguſto. Verum ne id fieret, Daci Iſtrum tranſgreſſi fuerunt impedimento. Dion lib. 54. in fine, vt demum tertio clauſæ ſint Auguſto XIII. Conſule, vt infra ſequetur. Hæc in ſequentem annum vſque prorogantur vt tribunitiæ poteſtatis Auguſti XIIII. annus ſit, ſecundum Plinium, lib. 3. cap. 20. poſtquam deuiciſſet Auguſtus Gentes omnes, quæ à mari ſupero ad inferum pertinebant.

Anni: Romæ Conditæ — Iuliani ante Chriſtum — Olympiadum. — Mundi Conditi à Nabonnaſſaro.

35 742 Antipater Romæ degens ſubinde per literas exacerbabat patrem Herodem in fratres, vt ipſe deinceps Romam nauigaret, & accuſaret eos apud Cæſarem. Ioſeph. Ant. lib. 16. cap. 7.

10 Titus Syriæ præſes circa hæc tempora (non Quirinius) & Trachonitarum defectio lib. 16. Ant. cap. 12. 13.

Iulius Antonius. Q. alijs Paulus Fabius Maximus Africanus.

—Cæſarea abſoluta ab Herode anno 10. poſtquam condi cepta, anno 28. regni Herodis (poſtquam ſcilicet Ieroſolymam occupauit) Olympiade 192. (in lata ſignificatione) in cuius memoriam & in honorem Cæſaris Ludos & certamina per ſingula quinquennia inſtituit. Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 14. Et lib. 16. cap 9.

2 LXIIII Septimana.

Saturninus & Volumnius Præſides Syriæ à Cæſare miſſi. Idem ibidem. Saturnini vero præfecturam in Syria diuturniorem fuiſſe, & permanſiſſe eum, vſque ad Quintilium Varum, ad finem regni Herodis fere, patet ex Ioſepho lib. 17. Antiquit. cap. 7.

738 4014 —Calendis Auguſti Iulio Antonio, Fabio Africano Coſs. natus eſt Claudius Imperator. Suetonius de Claudio cap. 2. Exceſſit 3. Idus Octob. Aſinio Marcello, Acilio Auiola Coſs. 64. ætatis, Imperij 14. anno. Idem cap. 45. Dion dicit eum vixiſſe 63. annos ſaltem.

Sabbatum terræ.

36 743 Auguſtus ſub finem autumni ex Lugdunenſi Gallia Romam redit cum Tiberio & Druſo. Dion. lib 54. ſub finem: Herodes redeuntem Auguſtum Aquilegiæ alloquitur, accuſans filios. Ioſeph. Ant. lib. 16. cap. 7.

9 Nero Claudius Druſus Ger. T. vel L. Quinctius Criſpinus.

—Druſus Germanicus obijt in Germania. Dion lib. 55. Florus cap. 140. cum eſſet Conſul Velleius lib 2. agens annum ætatis triceſimum. Moles deinde belli translata in Neronem fratrem eſt, quod is ſua virtute & fortuna adminiſtrauit, peragratus omnes partes Germaniæ; ſine vllo detrimento commiſſi exercitus ſic perdomuit illam, vt in formam ſtipendiariæ pene redigeret prouinciæ; tum alter Triumphus cum altero Conſulatu ei oblatus eſt, Velleius Pater. ibidem.

3

739 4015

37 744 8. anno ex quo inchoauit Templum Herodes Sacerdotes deinde ſeſqui anno interiorem fabricam addunt. Ioſeph. Ant. lib. 15. in fine.

8 C. Martius Cenſorinus. C. Aſinius Gallus.

Hos Coſs. ponit Cenſorinus 20. anno Æræ Auguſti, vide ſupra.

4 193

Herodes Romam nauigauit denuo accuſaturus Alexandrum filium, in itinere ipſe Agonotheta factus in certamine Olympico. Ioſeph. Antiquit. lib. 16. cap. 9. 13. Et de bello Iud. lib. 1. cap. 16.

740 4016

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum |
|---|---|---|

Dionyſius Halicarnaſſæus ponit 745. annos ab V. Condita, vſque ad Claudium Neronem iterum & Calphurnium Piſonem Coſs. quos dicit magiſtratum iniuiſſe Olympiade 193. quod teſtimonium ſane confirmat totam hanc rationem annorum V. C. & Olympiadum.

38 745

7

Tiberius Claudius Nero II. Cn. Calphurnius Piſo II.

Tiberius ſub his Coſs. proficiſcitur ad bellum in Germaniam: Dion lib. 55. Et per ocium incipit fodere aggerem, cuius mentio fit deinceps ſub finem anni.

Interior Fabrica Templi etiam abſoluitur à Sacerdotibus Ioſeph. Ant. lib. 15. Sic neceſſariæ partes abſoluuntur 9½ annis. Conſtat tamen ex Iudæorum ad Chriſtum relatione, quod 46. annis non fuerit penitus abſolutum in externis etiam ædificijs. Iohan. 2.

1

Sub Saturnino & Volumnio Syriæ præſidibus mentio fit apud Ioſephum Pedanij etiam vt Legati & Olympi. Ant. lib. 16. cap. 16. Item de bello Iud. lib. 1. cap. 17. vt vna vice plures fuerint in prouincijs Syriæ conterminis præſides vel præfecti, & diſtincta officia habuerint. Volumnius procurator dicitur, ibidem. Procuratores autem ſunt qui rationes reddunt & rem pecuniariam adminiſtrant. Ant. lib. 17. cap. 11. Saturninus iura dedit. Volumnio procuratori vel Quæſtori Quirinius vel Cirenius ſuffectus eſt, vt patebit deinceps.

741 4017

Intra triennium (à morte ſcilicet Druſi) geſtum eſt maximum illud bellum contra Germanos. Oroſius lib. 6. cap. 22. quod finitum anno, quo Tiberius incepit fodere aggerem illum, quem ſub Coſs. Nerone III. & Valerio Meſſala poſt 63. annos Paulinus Pompeius & L. Vetus, coercendo Rheno abſoluerunt. Cornelius Tacitus lib. 13. fol. 191. Qui anni 63. ab anno V. C. 746. egregie excurrunt ad annum V. C. 810. quo Conſulatum geſſerunt Nero tertium cum Valerio Meſſala. Niſi quod in Cornelio Tacito per Druſum Tiberius intelligi debet frater Druſi, forſan Druſus etiam dictus.

39 746

6

D. Lælius Baldus. C. Antiſtius Vetus.

Anno V. C. 748 (qui eſt nobis 747) præficitur Syriæ totiq; Orienti Caius Cæſar Auguſti adoptiuus, cui rector datus Quirinius alias Cyrenius, vt adoleſcentulo necdum 20. annum agenti. Dion lib. 55. Tacitus lib 3 Suetonius etiam dicit, quod Auguſtus Caium Nepotem & Lucium circa Prouincias & exercitus dimiſerit.

Cornelius Tacitus lib. 3. fol. 68. hoc ordine recenſet geſta Quirinij: Impiger militiæ Conſulatum ſub Auguſto mox expugnatis per Ciliciam Caſtellis Homonadenſium inſignia triumphi adeptus, datuſque rector C. Cæſari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat, &c. Ciliciam ſub Prouinciam Syriæ fuiſſe redactam non dubium eſt. Sic Armeniam etiam.

2

742 4018

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum |
|---|---|---|

Tiberius quieti ſe dat ſecedens Rhodum, vbi moratur 7. annis: Reuertitur Romam ſub Conſule Vinitio. Velleius Pater. lib. 2. octauo anno poſt ſeceſſum. Suetonius.

40
747

5

Imperator Cæſar Octauianus Auguſtus XII.
L. Cornelius Sulla.

Caio ad bellum Armenicum miſſo Tiberius in Chium profectus ei ſe ſubmiſit & omnibus qui cum eo erant. Dion lib. 55. fol. 340. ſic Quirinio etiam, qui cum Caio profectus eſt, vt Tacitus habet lib. 3. Hinc Quirinius vice verſa Tiberium Rhodi agentem colit, vt idem habet.

Caium autem ante XIII. Conſulatum Romam reuocatum & ex Oriente diſceſſiſſe ex Suetonio in Auguſto patet, dum inquit:

3 Auguſtus Biennio poſt (poſt XII. huius anni Conſulatum) tertium decimum vltro petijt, vt Caium & Lucium filios ampliſſimo præditus magiſtratu, ſuo quenque tyrocinio in forum duceret, fol. 28. 29. Inde patet in tertium vſque annum Caium in Oriente fuiſſe.

743
4019 Sub Sentio Saturnino & Volumnio Herodis filij duo Alexander & Ariſtobulus ex Mariamne filia Hircani, morti adiudicantur & interfici mandantur. Ioſeph. Antiquit. lib. 16. cap. 17.

41
748

4

C. Caluiſius Sabinus II.
L. Paſſienius Rufus, alijs Criſpus.

4

Volumnio procuratori, cuius nulla deinceps amplius mentio fit apud Ioſephum, ſuffectus fuit Quirinius vel Cyrenius, qui rationes adminiſtrauit, & Syriæ præſidem vna egit, vt patet ex 2. cap. Lucæ Euangel. iuxta Saturninum, qui permanſit vſque ad obitum Herodis fere, vt patet ex 17. lib. Antiq. Ioſephi: Qui ambo Quirinio officia aſcribit ab initio 18. lib. Antiquit. nimirum vt iura redderet populis & facultates cenſeret omnium. Ideo & præſes fuit & ſimul etiam procurator ſeu Quæſtor, circa hæc tempora vel relictus in Syria cum Caius Romam conceſſit vel denuo miſſus.

4
194

744
4020

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ, Iuliani ante Chriſtum |
|---|---|---|

| Mundi Conditi à Nabonaſſaro ante Chriſtum veri. | Olympiadum | Romæ Conditæ Iuliani ante Chriſtum vulgares. | Consules |
|---|---|---|---|
| LXV Septimana. | 1 | 42 749 3 | L. Corn. Lentulus Getulicus. M. Valerius Meſſala. |
| 745 4021 1 Sabbatum terræ à Nehemia LXV. | 2 | 43 750 2 | Imp. Cæſar Octauianus Auguſtus XIII. M. Plaucius Syluanus. Suffecti ſequentes Coſſ. |
| 0 746 4022 | | | |

Matthias Theophili filius in Pontificatu ſuccedit Simoni Boethi filio, circa hoc tempus ante morbum Herodis, vt patet ex Ioſeph. Ant. lib. 17. cap. 6. 7. & 8.

—Sergius Galba Imperator natus eſt M. Valerio Meſſala & Cn. Lentulo Coſſ. 9. Cal. Ianuarij. Obijt 73. ætatis anno in Februario. Imperij 7. menſe, Suetonius cap. 4. & 23.

Zacharias Sacerdos de vice Abia Sacerdotio fungens in ordine vicis ſuæ (octauæ ſcilicet 1. par. 24.) accipit nuntium ab Angelo de naſcendo ſibi filio ex Eliſabeth de filiabus Aaron iam ſterili; Quem concepit, etiam poſtquam Zacharias domum venit impleto officio ſuo Luc. 1. circa Solſtitium æſtiuum, vt octaua ſacerdotij ſors Abiæ ſcilicet ſecundum ordinationem Dauidis à Menſe Niſan incipiendo exhibet. 1. Par. 24.

*Ianus tertio clauſus.*

Antipater ſublatis fratribus nouas fraudes nunc machinatur in patrem Herodem. Ioſephus ab initio lib. 17. Antiquit.

*Iulia filia Auguſti propter adulterium relegatur in Inſulam Pandatariã 30. annis ante Conſulatum Vinitij Octauio XIII. & Caninio Gallo Coſſ. Velleius Paterculus. Dion li. 55. poſt diſceſſum Tiberij in Rhodum; & ſpectacula etiã habentur ibidem in Dione.*

—Maria Virgo de domo Dauid accepto nuntio ab Angelo Gabriel de naſcendo ex ſe Emanuele Domino noſtro Ieſu Chriſto, credidit & concepit virtute altiſſimi & obumbratione Spiritus Sancti, Verbum (ex ſubſtantia ſua) Caro factum, menſe 6. à conceptione Iohannis circa brumam ſeu Solſtitium hybernum: Circa quod tempus vno ſcilicet anno ante Natiuitatem Chriſti, circa conceptionem & incarnationem eius, Stellam Magis primo in Oriente apparuiſſe, Chryſoſtomus & Nicephorus ſcribunt.

Tota gens Iudæorum fidem ſuam iureiurando obſtringit Regi Herodi & Cæſari exceptis Phariſæis. Ioſeph. antiquit. lib. 17. cap. 3.

Anno V.C. 752. (qui eſt 751 ſecundum Dionyſium Halicarnaſſ.) Cæſar Auguſtus pacem conſtituit in vniuerſo Orbe terrarum & Iani portas clauſit ipſe tertio. Oroſius lib. 6. cap 26. 41. regni eius anno, Irenæus lib. 2. cap. 25. Leges deinceps conſtituens & ſpectacula exhibens. Oroſius. Secum Gallo Caninio Conſule 30. annis ante Conſulatum M. Vinitij. Velleius lib. 2. In quibus ſe Dominum poſthac appellari prohibuit: quo item anno cenſum agi omnium prouinciarum & hominum voluit. Et hæc eſt prima illa & clariſſima profeſſio (Syriæ ſcilicet) cui etiam aſcriptus Chriſtus vt natus eſt, Oroſius ibidem. Et Auguſtinus etiam ſcribit, Chriſtum natum Imperante Cæſare Auguſto & per eum Orbe pacato terræ, in Iudæa regnante Herode. li. 18. de ciuit. c. 46.

—Iohannes Propheta ille altiſſimi & præcurſor Chriſti naſcitur ex Eliſabeth, poſtquam Maria cum illa cõmorata fuiſſet per 3. menſes Luc. 1. Et diſceſſiſſet ab ea, circa vernum tempus, vt ex initio prædicationis Iohannis ex poſteriori colligitur. Et excurrunt etiam 400. anni, à fine ſcilicet 7. Hebdomadum priorum Danielis, quibus finitis Deus Prophetæ Eſdræ reuelauit, appariturum filium ſuum Ieſum, 4. Eſdræ cap. 7.

*Hic cenſus deinceps quinto quoque anno repetitus & luſtralis factus eſt, & luſtralis etiam eſt ad illum qui ante 10. annos in Gallijs factus.*

Quirinius, Græcis Cyrenius dictus, per omnes honoris gradus ad Conſulatum vſque prouectus primum cenſum agit antequam Iudæa attributa fuit Syriæ (Quod factum Herodis hoc anno vt ex ſuperioribus patet) ante mortem eius: Nam poſt mortem eius Iudæa attributa fuit Syriæ Ioſeph. lib. 17. & 18.

ANNI

CHRISTVS IESVS Filius Dei Saluator mundi naſcitur ex Maria Virgine 6. menſibus poſt Iohannem Baptiſtam (circa æquinoctium autumnale) Luc. 1. Coſs. Auguſto XIII. & Syluano Epiphanius in Pane. hæreſi 51. anno regni Auguſti 41. Irenæus. Tertullianus, Ieronymus: vel 42. anno, ſecundum vſitatos Romanis annos per Conſules numeratos, Euſebius, Chryſoſtomus, Oroſius, Beda: 33 anno regni Herodis, poſtquam ſcilicet Sacerdotium etiam ad ſe rapuit, interfectis Antigono & Ariſtobulo, Epiphanius; anno 29. Coniunctionis Iudæorum cum Romanis. Idem. vel 28. Monarchiæ Auguſti poſt occupatam Ægyptum. Euſebius, Clemens Alexand. cum cenſus primus ageretur per Cyrenium præſidem Syriæ Luc. 2. cap. Anno V. C. 752. 3. Olymp. 194. Euſebius, Beda, Oroſius, Iornandes. vel Anno V. C. 751. vt in Cereis S. Mariæ ſcriptum inuenerunt fratres quidam Romæ, Barronio teſte: Sub feſtum Scenopegiæ, lætitiarum, quod feſtum typus fuit Natiuitatis Chriſti & Gaudij, quod Angeli nuntiant paſtoribus, Luc. 2. Autumnali tempore, ſub finem æſtatis & initium autumni ſecundus Adam natus, quo primus Adam creatus, vt alibi demonſtrabitur; & patet ex omnibus his adductis teſtimonijs, Chriſtum vno anno cum quarta parte ante natum quam communis ratio & opinio hactenus fuit.

Quintilius Varus ſucceſſor Saturnino miſſus in Syriam paulo ante morbum Herodis, Ioſeph. Antiquit lib. 17. cap. 7. 8. lib. 1. de bello Iud. cap. 20.

Bagoæ Eunucho ſpes fit, regnum ablatum iri ab Herode, Et Antipater Romam ad Cæſarem mittitur, ſub initium anni, & redit poſt 7. menſes ſub finem anni, Ioſeph lib. 17. Antiq. cap. 3. 4. 6.

—Anno 30 tyrannici regni Herodis (ab eo tempore quo Hircanum interfecit) Herodes occidit Senatum Sanhedrim, hoc eſt, ordinarios Iudices ex domo Dauid, itemque proprium filium, quem ex eiuſdem tribus vxore ſuſceperat, eo quod diceretur iam natus eſſe Chriſtus in lege promiſſus, Philo. Et impleta ſic prophetia Iac. Gen. 49. de Sceptro auferendo à Iuda, &c. Et Infanticidium confirmat etiam Macrobius. lib. 2. Saturnal. Quæ omnia conueniunt cum Euangelica Veritate, vbi dicitur Herodem interfeciſſe pueros bimulos aut minores iuxta tempus adparitionis ſtellæ quod exacte cognouerat à Magis. Matth. 2. cap. Vide ſupra.

Herodes morbo correptus & furijs agitatus in ſeditioſos dire animaduertit, viuos illos exurens, Matthiam quaſi ſeditionis conſcium Sacerdotio priuans, & in locum eius Ioazarum filium Boethi vxoris ſuæ fratrem ſubſtituens. Et hæc ad finem anni geſta, ante quam Herodes ſequenti anno ante Paſcha obijt (nam Chronicus eius morbus fuit) Eclipſis Lunæ arguit, cuius tum temporis, cum hæc geruntur, mentio fit apud Ioſephum Antiq. lib. 17. cap. 8. 9. factæ 29. Decemb. die ad veſperam.

Iudæi primum ægre ferentes Cenſus mentionem: dederunt tamen & ſoluerunt ſuaſu Pontificis Ioazari. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 1. Ita vt ſolutio cenſus protracta videatur in alterum hunc annum, quamuis deſcriptio priori anno fuerit.

Furius Camillus. Caninius Gallus. 44 751 — 1

Coſſus Cornelius Lentulus. L. Calphurnius Piſo Augur. — 3

Lex Furia Caninia de manumiſſionibus ab his Coſſ. lata, poſtea à Iuſtiniano ſublata.

1 747 4023 — Olympiadum.

ANNI Romæ Conditæ — Iuliani ante Chriſtum vulgares. — Mundi Conditi — à Nabonnaſſaro — poſt Chriſtum veri.

O

Cenſu luſtrali ſoluto & exacto Quirinius è Syria egreſſus in Italiam conceſſit adhuc ante mortem Herodis, & in locum eius miſſus fuit Sabinus, vt procurator ſeu Quæſtor Syriæ. Nam Varus fuit præſes. Quia Sabini ſtatim poſt mortem Herodis fit mentio. Ioſeph. Antiq. lib.17. cap.11. Item de bello Iud lib.2.ab initio. Et Quirinius poſt 8.annos modo venit denuo in Syriam cum Coponio & alterum cenſum agit ipſe poſt duo luſtra, vt deinceps patebit.

0 45 752 Antipater reuerſus Roma in vincula conijcitur(ſub finem anni) & literæ ad Cæſarem mittuntur, Ioſeph.cap.7.lib.17. Huc referantur quę ſuperiori columna huius paginæ ſub finem habentur.

*Calculus Prutenicus Reinboldi recte computat à Nabonnaſſaro ad putatū diem & horam Natiuitatis Chriſti annos Ægyptios 747. dies 130. horas 12.ad mediam videl. noctem. Facit annos Iulianos 746.dies 308. horas 12. Inde Copernicus cōputat à Chriſto nato ſcilicet ad ſecundū annum Antonini, quo Ptolomæus ſtellarum loca à ſe obſeruata deſcribit, ponit Ægyptios annos 138. & aliquot dies, &c.à quibus cū ſine cauſa receſſerint Chronologi, in varios errores lapſi ſūt vt poſteriorum Cæſarum annos non recte poſuerint nec finem Monarchiæ Auguſti aſſecuti fuerint.*

Si Chriſtus natus eſſet hoc loco in bruma, vt communis opinio fert, & ego etiam Calculum annorum Chriſti ab hoc puncto ſurſum & deorſum deducere volui & retinui, eo quod Aſtronomicus Calculus Prutenicus ad hoc punctum tanquam radicem fundatus ſit: Si autem hoc verum eſſet, tum Chriſtus natus eſſet 43.anno Auguſti, quod nullius prorſus Authoris veteris teſtimonium habet: Et Herodes obijſſet tribus ſaltem menſibus poſt natum Chriſtum, & acta intermedia non reſponderent tempori.

Caius Cæſar Auguſti filius adoptiuus.
L. Æmilius Paulus.

Literæ à legatis ad Cæſarem miſſis afferuntur à Roma de ſupplicio ſumendo de filio, & Herodes 5. die poſtquam occidit Antipatrum filium moritur ſeptuagenarius circa Paſcha verno tempore cum 37.annos regnaſſet (ab occupata Ieruſalem) 34.vero annos ab occiſo & Antigono & Ariſtobulo. Ioſeph. Ant.lib.17.cap.10.

anno 31. tyrannici Imperij (ab occiſo Hircano) Philo. 40. anno poſtquam Rex à Senatu Rom.primo declaratus eſt, Ioſippus. Quæ omnia in hunc annum coincidunt & in Conſulatum Caij Cæſaris Auguſti adoptiui, vt deinceps patebit.

4 195 —Archelaus poſt mortem patris Herodis Romam venit Cæſari offerens libellum ſupplicem pro regno paterno acquirendo. Cæſar perlectis etiam Vari & Sabini literis ex Syria ſcriptis, Optimates ad concilium vocat; in quo primum locum Caio adoptiuo (vt Conſuli) tribuit, quæ facta æſtate circa feſtum Pentecoſtes. Ioſeph. Antiq. lib.17. cap.11. Et de bello Iud.lib.2.cap.12.

Cæſar tandem Archelaum non regem ſed Ethnarcham facit, dimidia parte patris conceſſa qui præeſt 9. annis vel 10. Ioſeph. Ant. lib. 17. c.15. Et de bello Iud li.2.c.6. Et Philo. Alteram dimidiam partem diſtribuit Cæſar in alios duos filios Herodis; vnam quartam in Philippum, qui ſub finem regni Tiberij obijt cum pręfuiſſet 37. annis vſque ad regnum Herodis Agrippæ, 2.anno Caij Caligulæ (vide infra.) Idem Ant.lib.17. cap.13 & lib.18.cap.6.9. Et alteram quartam in Herodem Antipam, qui regnat vſque in 4. annum Caij Caligulæ & in exilium mittitur. Idem. Ant.lib.18.cap.9. Et lib.19.cap.7.

2 748 4024 Olym-piadum.

| Mundi Conditi | à Nabonnaſſaro | Chriſti veri. | Olympiadum. | poſt Chriſtum vulgares. | Iuliani | Romæ Conditæ |
|---|---|---|---|---|---|---|

ANNI

1 46 753

Archelaus iam Ethnarcha domum reuerſus Ioazaro Pontificatum adimit & collocat in Eleazarum fratrem illius. Ioſeph. Ant. lib. 17 cap. vltimo.

P. Vinitius. P. Alſinius Varus.

Caius Cæſar adoptiuus Auguſti poſt Conſulatum denuo mittitur in Syriam cum M. Lollio, vbi etiam moritur non reuerſus amplius domum. Velleius Pater: Quod Suetonius etiam confirmat in Auguſto, inquiens, Caium & Lucium adoptauit Auguſtus, tenerósque ad curam reipub. admouit & Conſules deſignatos (ſuperiori anno) circum Prouincias Exercituſque dimiſit, &c. Caium & Lucium in 19. menſium ſpacio amiſit ambos intra triennium defunctos, Caio in Lycia, Lucio Maſſiliæ, &c. Hæc Suetonius fol 39. & 56.

*Velleius lib. 2. Breue interceßit ſpacium, dũ Caius Cæſar, ante aliis prouinciis ad ſedandum obitis, (in prima miſſione cum Quirinio) in Syriam miſſus eſt, &c. nunc ſecũda vice cum M. Lollio Suetonius.*

1

Ante Obitum Caij Tiberius reuerſus Rhodo eſt ſub. Coſ. Vinitio. Velleius lib. 2. vel ſtatim poſt mortem Lucij vt Dion habet. lib. 55. vide Suetonium. fol. 55. & 56.

3 749 4025

Biennium fere anxie egit in Rhodo Tiberius, eo quod Caium Sami conueniens Lollij criminationibus alienatum deprehenderat, Velleius Pater. Suet. Inde patet poſt mortem Caij reuerſum Tiberium Romam, vt Dion habet.

2 47 754

Circa hæc tempora extitit Iudas Gaulanites, qui adiuncto ſibi Sadduco Phariſæo ſollicitauit populum ad defectionem & magnas turbas dedit propter cenſum & deſcriptionem. Ioſeph. Ant. lib. 18. ab initio: Actorum 5 cap. dicitur Iudas Galilæus in diebus profeſſionis, &c. vel poteſt hoc factum eſſe poſt alteram luſtralem profeſſionem ſub Sentio Saturnino. vide poſt.

L. Ælius Lamia. M. Seruilius Geminus.

Cæſar Auguſtus quartum decennale imperium ſuſcipit anno V. C. 755. Dion fol. 341. Sequenti ſemper anno fit cenſus. Vide annos V. C. 725. 740 755. 765. &c.

Obijt Lucius Cæſar prior, deinde Caius poſt Conſulatum P. Vinitij, vt patet ex Velleio. Et cum Herodis mors fuerit viuo adhuc Caio eoque Conſule, non poteſt in poſteriores annos transferri. Cornelius Tacitus lib. 1. ab initio inquit: Vt Agrippa vita conceſſit (anno V. C. 741.) Lucium Cæſarem euntem ad Hiſpanienſes exercitus: Caium remeantem ex Armenia & vulnere inualidum mors fato propera vel Nouercæ Liuiæ dolus abſtulit, Druſoq; pridem extincto (anno V. C. 744.) Nero (Tiberius) ſolus è priuignis erat. Hæc Tacitus.

2

4 750 4026

| Mundi Conditi / à Nabonaſſaro / Chriſti veri. | Olympiadum | Chriſti vulgares. / Iuliani | Romæ Conditæ | ANNI |
|---|---|---|---|---|

3
48
755

Poſtquam amiſiſſet Cæſar filios Caium & Lucium adoptat in filium Tiberium Neronem ſub Sentio Saturnino & Ælio Coſs. Velleius Pater. quos ponit anno V.C.754. (qui ſecundum Dionyſium eſt 756 annus) 27. annis ante M. Vinitium Conſulem. Idem.

Sextus Ælius Catus vel Catulus.
C. Sentius Saturninus.

—Sub Sentio Saturnino altera deſcriptio & exactio luſtralis & quinquennalis in Syria facta, quod Tertullianus contra Marcionem pro veritate Carnis Chriſti adfert. lib. 4. cap. 54. inquiens. Nemo facile de genere ignorari potuiſſet, vel de recentibus Auguſtianis cenſibus adhuc tunc fortaſſe pendentibus (cum ſcilicet Chriſtus naſceretur ſub primam exactionem Auguſto Conſule.) Et cap. 29. Sed & Cenſus (id eſt ſecunda vice) conſtat actos ſub Auguſto per Sentium Saturninum, &c. apud quos (Conſules ſcilicet) genus eius (Chriſti) inquirere potuiſſent, &c. cuius cenſus luſtralis etiam Dion meminit lib 55. poſt adoptionem Tiberij fol. 341. Et hæc ex Tertulliano primum in lucem protulit Cæſar Barronius, quæ ſane egregia ſunt & maxime confirmant Euangelicam Hiſtoriam & Chriſtum natum ſub XIII. Conſulatu Auguſti Cæſaris, quod ille annus ab hoc quintus ſit, & quinto quoque anno Luſtrum fuerit & cenſus peractus, vt idem ille demonſtrat in apparatu ſuo ad Annales. Tom. 1.

*Iulia quinquennio poſtquã relegata fuiſſet reſtituitur. Suetonius. Inde deinceps Philippus vicum Bethſaida à Iulia denominauit. Ioſephus.*

3

5
751
4027

4
49
756

C. Cornelius Cinna Magnus.
L. Valerius Meſſala.

LXVI. Septimana.

Eleazarus non diu Sacerdotio functus priuatur & ſubrogatur in viuentis locum Ieſu filius Siæ. Ioſeph. Ant. lib. 17. cap. 15.

4
196

6
752
4028

5
50
757

M. Æmilius Lepidus.
L. Aruntius.

Sabbatum terræ.

—Dira fames Romæ ſub Coſs. Æmylio Lepido & Aruntio. Dion lib. 55. anno 48. Auguſti, Oroſius lib. 7. c. 3. Et cum in ſeditione Iudæ Gaulanitæ etiam famis mentio fiat, forſan hoc tempore ſeditio illa fuit, ob cenſum ſecundum, ſub Sentio Saturnino Conſule exactum. Ioſeph. lib. 18. cap. 1.

1

Aruntio Conſule cum nullus redditus excogitari poſſet, Auguſtus pecuniam pro ſe & Tiberio in ærarium intulit, eiuſq; adminiſtrationem mandauit tribus prætorijs ad triennium. Dion lib. 55. quaſi tum denuo aduentante anno ordinario luſtrali, vnde pecunia colligi poſſit.

7
753
4029

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro Chriſti veri. | Olympiadum. | Romæ Conditæ Iuliani Chriſti vulgares. | ANNI |
|---|---|---|---|

6 51 758 Herodes Paleſtinus (ſic Archelaus vocatur) damnatur & Pars eius in publicum redigitur ſub Coſs. Æmylio Lepido & Aruntio. Dion lib.55. Ioſephus Ant. lib.17. ſub finem inquit, Archelai ditionem contributam fuiſſe Syriæ, & in prouinciam redactam. lib.2. de bello Iud. cap.7. ab initio. Sic in 6. ſaltem regnaſſet annum dum relegatur Viennam in Exilium. Quod vero Philo & Ioſephus plures annos deinceps etiam Archelao poſt relegationem eius tribuant: facere videntur, vt annos principatus eius coniungant cum alio initio principatus Herodis & Antipæ & Philippi. vide poſt.

Q. Cæcilius Metellus Creticus. A. Licinius Nerua Silianus.

2

Poſt mortem Herodis Magni Cæſar etiam procuratores mittit in Iudæam (non in Syriam ſaltem) 1. Sabinum. 2. Coponium. 3. Ambiuium. 4. Annium Rufum. 5. Valerium Gratum. Ioſeph. Ant. lib.18. cap.3. Illi iam procuratores Iudææ dicuntur, præſertim poſt relegatum Archelaum, vbi ditio eius Iudæa in prouinciam redacta.

8 754 4030

7 52 759 Poſt relegationem Archelai Ioazarus iterum in Pontificatum irrepſit. Ioſeph. Ant. lib.18. cap.3.

M. Furius Camillus. Sex. Nonius Quintilianus.

Herodes Antipas & Philippus Tetrarchæ vrbes condunt Cæſaream & Iuliada in Honorem Cęſaris & Iuliæ vel vxoris vel filiæ, ad gratiam aucupandum & ad bona Archelai fiſco Cæſaris attributa acquirendum. Ioſeph. lib.18. Ant. cap.3.

3

Anno 37. poſt Actiacam Victoriam cum Coponio Quirinius nunc altera vice venit in Iudæam iam attributam prouinciæ Syriæ, vt Archelai bona in poteſtatem ſuam redigeret, & facultates ciuium eius regionis percenſeret. Ioſeph. Ant. lib.18. ab initio & cap.3. Item de bello Iud. lib.2. cap.6.7.

9 755 4031

Poſtquam Coponius venit in Syriam Sabinus Romam conceſſit, Conſul factus ſequenti anno: Et Quintilius Varus etiam ex Syria egreſſus, vt deinceps patebit.

8 53 760 Ananus Sethi filius amoto Ioazaro fit Pontifex Iudæorum per Quirinum; Ioſeph. Ant. lib.18. cap.3.

Cn. Poppæus Sabinus. Q. Sulpitius Camerinus.

—Camerino & Sabino Coſs. Quintilius Varus poſt adminiſtrationem Syriæ Germaniæ præficitur, vbi oppreſſus eſt cum omni exercitu paucis elabentibus. Dion lib.56. Hæc circa finem anni facta.

—Sub Poppæo Sabino Coſ. domi recenſet Auguſtus Equites Romanos: Cenſus tamen in Italia non eſt actus, propter caritatem annonæ quæ tribus annis præceſſit. Dion lib.56.

4

197

In Syria autem per Quirinum cenſus actus; & ille alter eſt à Cyrenio ſuſceptus, cuius reſpectu ille tempore Chriſti nati peractus primus dicitur ante duo luſtra (quamuis adhuc vnus interceſſerit ſub Sentio Saturnino ante vnum luſtrum) vt omnes luſtrales ſint, vt patet ex Suetonio in Auguſto rubrica 97. Et in Tiberio rubrica 21.

10 756 4032

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro Chriſti veri. | Olympiadum | Chriſti vulgares. Iuliani Romæ Conditæ | ANNI |
|---|---|---|---|

9 54 761 Veſpaſianus natus eſt 15. Cal. Decemb. Q. Sulpitio Camerino & C. Poppæo Sabino Coſs. quinquennio antequam Auguſtus excederet, Suetonius in Veſpaſiano cap. 2. Extinctus eſt 8. Cal. Iunij, annum gerens ætatis 69. ſuperque menſem & diem ſeptimum, vel vixit annos 69. menſes 8. Xiphilinus è Dione.

P. Cornelius Dolabella. C. Iunius Syllanus.

Seditionem quam Iudas Gaulanites ſuper primam exactionem Cyrenij excitauit, perſequitur poſt alteram hanc Simon Galilæus; vt propria Secta quarta ſcilicet Iudæorum oboriatur: Zelotitarum id eſt defendentium libertatem. Ioſeph. Antiquit. lib. 18. cap. 2. De bello Iud. lib. 2. cap. 7.

1 Philippus Herodes poſt 9. annos ab initio principatus Archelai adeptus partem bonorum & ditionis eius à Cæſare, regnat deinceps 24. annos, Philo. Euſebius. vſque ad mortem ſcilicet 20. anno Tiberij. Ioſeph. lib. 18. c. 8. Et hinc eſt quod Ioſephus lib. 2. de bello cap. 6. dicit, Archelaum poſt 9. annos principatum amiſiſſe.

11 757 4033

10 55 762 Coponius Romam reuertitur: ſucceſſore accepto M. Ambiuio Syriæ & Iudææ procuratore. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 3.

M. Æmylius Lepidus. T. Statilius Taurus.

2 CHRISTVS 12. annorum docet in templo. Luc. 2. annis autem Chriſti annum vnum addendum etiam initium Herodis Antipæ in 13. anno Chriſti ſecundum Epiphanium arguit: ſi debet decimo anno Archelai ſubiungi & connecti ſequens hoc alterum principium principatus Herodis Antipæ.

12 758 4034

—Herodes Antipas Tetrarcha Galilææ incipit regnare 13. anno Domini. Epipha pag. 544. poſtquam ſcilicet nouam acceſſionem principatus habuiſſet, partem bonorum alteram Archelai vel ditionis eius aſſecutus, & regnat in quartum annum Caij Caligulæ vſque. Hinc eſt quod Euſebius Eccleſ hiſt. lib. 1. cap. 9. dicit, Archelaum poſt decennium principatum amiſiſſe. Idem etiam Ioſephus lib. 17. ſub finem.

11 56 763

T. Iulius Germanicus Cæſar. C. Fonteius Capito.

LXVII Septimana.

3 —Euangeliſta Lucas deinceps etiam mentionem facit Lyſaniæ Tetrarchæ Abylenes. Luc. 3. cap. Quem Lyſaniam iudicandum eſt, vel hunc ipſum fuiſſe, vel huius filium, qui ditionem ſuam Trachonitidis quondam Zenodoro cuidam oppignerauerat: eamque deinceps pater Herodes & Archelaus filius acceperunt à Cæſare. Ioſeph. Ant. lib. 15. cap. 11. Et lib. 17. cap. 15. Item de bello Iud. lib. 1. cap. 15. Lyſania hoc mortuo Tetrarchia illius Agrippæ datur Ioſeph. Ant lib. 18. cap. 8. ſub finem, vt deinceps patebit.

13 759 4035

| Mundi Conditi / à Nabonaſſaro / Christi veri. | Olympiadum | Christi vulgares. / Iuliani / Romæ Conditæ |
|---|---|---|

ANNI

Sabbatarum terræ.

12 C. Caligula Cæſar natus eſt pridie Cal. Septemb. patre ſuo & C. Fon-
57 teio Coſ. Suetonius in Caligula. cap. 8. Dion lib. 59. pag. 831.
764

L. Munatius Plancus. C. Silius.

Annius Rufus (alijs Antonius) præfectus Iudææ (poſt Ambiuium) cuius tempore Auguſtus mortuus eſt. Ioſeph. lib. 18. Ant. cap. 3.

Auguſtus Quintum decennale Imperium ſuſcipit. Dion lib. 56. ſub Coſ. Munatio & Silio. Inde Cenſus ſequenti anno peragitur.

—Auguſtus Teſtamentum facit 3. nonas Aprilis ante annum & 4. menſes quam decederet, L. Planco & Silio Coſ. Suetonius in Auguſto.

4
198

14 —Auguſtus anno penultimo Imperij ſub his Conſulibus mittit per Prouin-
760 cias, qui ædium ciuiumque numerum deſcriberent. Dion lib. 56.
4036 Eclipſis quidem Solis in penultimo anno Auguſti mox cum teſtamentum condidiſſet accidit 28. die Aprilis ad Veſperam in Occidentalibus terris vt forſan Romæ per crepuſculum ocyus ingruens animaduerſa ſit & ſic notata à Dione lib. 56. vt centum dierum mentio ad reliqua potius prodigia ſpectet, quæ mortem eius præceſſerunt.

13
58
765

Sextus Apuleius. Sextus Pompeius.

Apuleio & Pompeio Coſ. ſub finem Imperij Auguſti Germanicus intentus eſt agendo cenſui per Gallias. Cornel. Tacitus lib. 1.

—Si conferatur Suetonij locus in Auguſto Rubrica 97. cum loco in Tiberio rubrica 21. patet Luſtrum & cenſum vltimo anno Auguſti ante mortem eius peractum Coſ. Sextis, & Auguſtum non accepiſſe cenſum, Sed Tiberium: Negauit enim Auguſtus, quaſi præſcius mortis, ſe ſuſcepturum, quæ non eſſet ſoluturus, vt loquitur Suetonius, qui meminit Luſtri in Campo Martio facti, cum oſtenta memorat, quæ 100. dies mortem eius præceſſerunt; Et hunc annum luſtralem fuiſſe, ex Tertulliano etiam patet, qui Auguſto tribuit 41. annos ad natum Chriſtum vſq; & deinceps 15. annos, vt in vniuerſum 56. anni Auguſti ſint à Conſulatu eius vſque ad mortem. 15. anni à nato Chriſto Regni Auguſti conuincũt annis Chriſti annum vnum addendum.

1

15
761
4037

Olympiadum

Anni: Mundi Conditi | à Nabonnaſſaro | Chriſti veri. | Olympiadum | Romæ Conditæ | Iuliani | Chriſti vulgares.

Auguſtus obijt 14. Calend. Septemb. Sexto Apuleio & Sexto Pompeio Coſs. cum vixiſſet 75. annos. 10. menſes. 26. dies. ſuccedit

14
59
766

TIBERIVS & regnat 22. annos. 6. menſes. 26. dies. Dion lib. 56. 57. Suetonius inquit: 23. annos terræ mariſque potitus eſt Imperio. Cepit autem regnare 56. natus annos. Philo in Legatione ad Caium, & Dion. vide ſupra & infra ſub finem regni.

Eclipſis Lunæ fit ſub initium Imperij Tiberij. Dion lib. 57. Aſtronomicus Calculus exhibet Eclipſim Lunæ 27. Septemb. hoc anno. Quæ ſane demonſtrat veriſſimum initium Imperij Tiberij, quod imprimis notandum eſt propter 15. Tiberij annum cuius meminit Euangeliſta Lucas cap. 3.

Druſus Iulius Cæſar.
C. Norbanus Flaccus.

Druſo Cæſare, & C. Norbano Coſs poſt ſextum Cladis Varianæ annum Germanicus Cęſar initio Veris in Chattos expeditionem facit: Reliquias deinde legionum Vari inſepultas tumulis condit in ſaltu Teutoburgenſi. Corn. Tacitus lib. 1.

2

Valerius Gratus quintus Iudæorum Pręſes (à morte Herodis ſcilicet: ante enim Syriæ Præſides dicuntur) ſub initium imperij Tiberij mittitur, & præeſt XI. annis. Hic adimit Sacerdotium Anano & confert in Iſmaelem Fabi filium. Ioſeph. lib. 18. cap. 3.

16
762
4038

Vitellius 8. Cal. Octob. vel vt quidam 7. Idus Septemb. natus eſt, Druſo Cæſare, Norbano Flacco Coſs. Suetonius in Vitellio, perijt anno ætatis 54. vt Xiphilinus è Dione ponit.

15
60
767

T. Statilius Siſenna Taurus.
L. Scribonius Libo.

3

17
763
4039

| Mundi Conditi à Nabonaſſaro Chriſti veri. | Olympiadum | Romæ Conditæ Iuliani Chriſti vulgares. | ANNI |
|---|---|---|---|

16 | 61 | 768

Eleazar Anani Pontificis filius fit Pontifex Iudæorum per annum vnum. Ioſeph. Antiq. lib. 18. cap. 3.

C. Cælius Rufus. | L. Pomponius Flaccus.

4

Germanicus ad Oceanum Germanicum vſque progreſſus, poſtquam viciſſet ad 8. Cal. Iunias triumphat de Cheruſcis, Chattiſque & Angriuarijs, ſub his Coſs. Cornel. Tacitus, lib. 2. Dion lib. 57. Oroſius lib. 7. cap. 4.

18 | 764 | 4040 — 199

17 | 62 | 769

Simon Canuthi filius fit Pontifex Iudæorum per annum. Ioſeph. ibidem.

Tiberius Cæſar Nero III. | Druſus Germ. Cæſar II.

1

Num Cenſus luſtralis deinceps poſt mortem Auguſti ordine de quinto in 5. annum continuatus fuerit, non inuenio in Dione. Decennale quidem Imperium vt antea Auguſto, ſic Tiberio 20. eius anno decretum fuit à Coſs. Vitellio & Fabio Priſco: Sed nec hoc nec ſequenti anno, quod in annis Auguſtianis fieri ſolebat, quicquam de Luſtro vel Cenſu legitur. Luſtra tamen in vſum veniſſe multo poſt legitur anno V.C. 800. ſub Coſs. Vitellio & Vipſanio: Vbi Claudius Cæſar luſtrum condit: & duraſſe ad tempora Veſpaſiani vſque Cenſorinus fidem facit, in lib. de die natalis, c. 15. Et Tertullianus in lib. de Pallio. cap. 2. teſtatur, ſuis adhuc temporibus cenſus ſcribi ſolitos. Interruptum autem deinceps ordinem luſtralium annorum fuiſſe, ſi ad vltimum Auguſti Luſtrum examinentur: manifeſtum euadit: Si 21. annus Tiberij luſtralis ſit: Et ad luſtrum Claudianum conferatur: & ambo hæc ad luſtra Auguſtiana. Sed demonſtraſſe ſufficiat, Luſtra tempore Auguſti ordine continuo ſeruata fuiſſe ante & poſt Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eam in annum luſtralem incidiſſe, eumque integro anno cum quarta parte ante natum fuiſſe, quam communis opinio hactenus fuit, quod etiam alijs argumentis deinceps demonſtrabitur ex 15. anno Tiberij, &c.

19 | 765 | 4041

18 | 63 | 770

M. Iunius Silanus. | L. Norbanus Flaccus Balbus.

LXVIII Septimana.

2

Ioſephus cognomento Caiphas fit Pontifex Iudæorum. Ioſeph. ibidem. Hic tempus paſſionis Chriſti attingit.

20 | 766 | 4042 — Olympiadum.

Mundi Conditi | à Nabonaſſaro | Chriſti veri. — Olympiadum. — Anni Romæ Conditæ | Iuliani | Chriſti vulgares.

De Anna qui iuxta Caipham in Euangelica Hiſtoria Princeps Sacerdotum dicitur, ſic ſcribit Cęſar Barronius in Annalibus Eccleſiaſticis ſub annum Chriſti 31. Erat apud Iudæos ex Senioribus atque magiſtris conflatum collegium, quod ab illis Synedrin vel Sanedrin dicebatur, cõſtabatque ex 72. viris. Num. 11. Erat horum ſumma authoritas, vt qui de Lege cognoſcerent & de Propheta, ac ſimul de regibus iudicarent. Ioſeph. Ant. lib. 14. cap. 17. Qui prædictorum Seniorum primus haberetur, idẽ princeps Sacerdotum dicebatur: cum alioquin ſummus Sacerdos primũ omnium locum teneret: cunctiſque præeſſet principibus Sacerdotũ. Qui enim cuiuſque vicis, quarum 24. erant. 1. paral. 24. caput erat, ille etiam princeps Sacerdotum dicebatur. Sed hoc in loco prædictorum Seniorum primus vel princeps Sacerdotũ & ſummus Pontifex ſe habebant inſtar Moſis & Aaron, quorũ quandam ſimilitudinem exprimebant. Sicque Anna cum eſſet eiuſmodi collegij princeps, merito ſicut & Caiphas princeps Sacerdotum dicebatur, licet vtriuſque functio eſſet omnino diſtincta. In libro Philonis de temporibus in ſcripto habetur: Herodes anno 30. principatus ſui tyrannici (vide ſupra) Synedryn ex Domo Dauid deleuit, & Annaleum quendam (quod nomen idem eſt quod Annas) atque Synedryn ex proſelytis ſuffecit, qui nimirum in lege videbantur eruditi. Quæ eadem Euſebius in Chronico confirmat dum inquit, Herodes Scribas & interpretes diuinę legis occidit. Et Ioſeph. Ant. lib. 14. cap. 17. inquit. Herodes omnes illos iudices excepto vno Semea ſuſtulit. Videmus inſuper in Euangelio Iohan. 18. cum Chriſti cauſa ageretur, ac ſubinde de vero Propheta quæſtio eſſet, an ille ipſe Chriſtus eſſet?

| Mundi Conditi / à Nabonaſſaro / Chriſti veri. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ / Iuliani / Chriſti vulgares. | Consules |
|---|---|---|---|
| Sabbatum terræ. | | 19 / 64 / 771 | M. Valerius Meſſala. M. Aurelius Cotta. |
| 21 / 767 / 4043 | 3 | | |
| | | 20 / 65 / 772 | Tiberius Nero Cæſar IIII. Druſus Iulius Cæſar II. |
| 22 / 768 / 4044 | 4 / 200 | | |
| | | 21 / 66 / 773 | C. Sulpitius Galba. D. Haterius Agrippa. |
| 23 / 769 / 4045 | 1 | | |

| Mundi Conditi / à Nabonnaſſaro / Chriſti veri | Olympiadum. | Romæ Conditæ / Iuliani / Chriſti vulgares. | Consules |
|---|---|---|---|
| | | 22 / 67 / 774 | |
| 24 / 770 / 4046 | 2 | | C. Aſinius Pollio. C. Antiſtius Vetus. |
| | | 23 / 68 / 775 | |
| 25 / 771 / 4047 | 3 | | Sex. Cornelius Cethegus. L. Viſellus, vel Vitellius Varro. |
| | | 24 / 69 / 776 | |
| 26 / 772 / 4048 | 4 / 201 | | Coſsus Cornelius Lentulus Iſaur. M. Aſinius Agrippa. |

eſſet? eundem primum ad Annam tanquam ad Principem Sacerdotum illius collegij eſſe perductum: ac demum ad Caipham, ſine cuius aſſenſu ſententia ferenda non erat. Item in actis Apoſt. cap. 4. cum de lege eſſet iudicium nimirum de fide Chriſti, quam prædicabant Apoſtoli, in eo conſeſſu primo loco nominatum Annam, inde Caipham, poſtea iuxta conſeſſus ordinem Iohannem Alexandrum, ac cæteros. Et hæc ſunt, quæ de Annæ & Caiphæ principatu Sacerdotum inter ſe diſtincto ex Cæſare Barronio proferre volui, quod faciant ad intelligendum melius & pręcedentia & ſequentia.

| Anni Romæ Conditæ | Anni Iuliani | Anni Christi vulgares | Consules | Olympiadum | Anni Christi veri | Anni à Nabonaſſaro | Anni Mundi Conditi | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 777 | 70 | 25 | Cn. Cornel. Lentulns Getulicus. C. Caluiſius Sabinus. | 1 | 27 | 773 | 4049 | LIX Septimana. |
| 778 | 71 | 26 | M. Licinius Craſſus. L. Calphurnius Piſo. | 2 | 28 | 774 | 4050 | Sabbatum terræ. |
| 779 | 72 | 27 | Ap. Iunius Syllanus, P. Silius Nerua. | 3 | 29 | 775 | 4051 | |

Pontius Pilatus Iudæorum Præſes vel Procurator poſt Valerium Gratum. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 3. 4.

Præfuit X. annis vſque ad finem Tiberij Cæſaris. Idem eodem libro cap. 5. Quibus annis expletis à Vitellio Syriæ Præſide Romam mittitur ad Tiberium. Sed antequam eo peruenit, Tiberius è viuis exceſſit. ibidem.

Cum igitur temporibus Pilati Iudææ præſidis, Vitellij Syriæ præſidis etiam mentio fiat: patet inde, & Syriæ & Iudææ præſides diſtincta officia fuiſſe, quamuis Iudæa attributa fuerit Syriæ.

28
73
780

C. Rubellius Geminus.
C. Fuſius Geminus.

Anno Tiberij 15. (currente) Pontio Pilato Præſide Iudææ (3. illius anno. Euſebius in Chronico: quamuis in lib. 1. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ quartum annum notet) Tetrarcha vero Galilææ Herode (Antipa) Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lyſania Tetrarcha Abilenes (vide ſupra) ſub Pontificibus Anna & Caipha, factum eſt verbum Domini ſuper Iohannem Zachariæ filium, & cepit prædicare baptiſma pœnitentiæ & parare Domino viam. Luc. 3. cap. cum natus eſſet Iohannes 30. annos (tot enim Leuiticum miniſterium requirebat) Num. 4. verno tempore circa quod etiam natus fuit (vide ſupra) 30. anno Chriſti. 4. Olymp. 201. Euſebius in Chronico. Quæ omnia conuincunt annum vnum Chriſti annis addendum, & tum Iohannem tum Chriſtum vno anno ante natos quam communis fert opinio.

4
202

30
776
4052

ANNI
Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.

Olympiadum

Mundi Conditi
à Nabonaſſaro
Chriſti veri.

*Ignatius in Epiſtola ad Trallianos: καὶ τρεῖς δεκάδες ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ ἰωάννου. i. Et expletis tribus decadib. annorum vere baptiſatus eſt à Iohanne.*

Gemini Coſs.

29
74
781

Sabbatum terræ à Moſe CCIII. & Iubilæus vltimus.

CHRISTVS IESVS Saluator Mundi cum eſſet 30. annorum incipit munus ſuum (ἀρχόμενος Origenes.) Et baptiſatur à Iohanne & manifeſtatur voce illa cœlitus demiſſa: Hic eſt filius meus Dilectus. Luc. 3. in feſto tubæ vel clangoris buccinæ (illius vocis typo) in menſe ſeptimo 1. vel 10. die circa feſtum expiationis. Leuit. 23. 25. ſub initium anni Iubilæi, ſecundum prophetiam Eſaiæ 61. quam Chriſtus in ſe completam dicit Hodie. Luc. 4. per hodiernum diem primum annum prædicationis eumque Iubilæum intelligens. Inde ſunt 3. anni cum dimidio vſque ad paſſionem Chriſti, vt quatuor paſchata nobis exhibent. Iohan. 2. 5. 6. 13. & ſimilitudo etiam ficus arguit conferendo. cap. 13. Lucæ cum cap. 21. Matth. & 11. cap. Marci, & dimidium Septimanæ ſingularis Dan. 9. c. Et communis ſententia veteris Eccleſiæ obtinuit apud Euſeb. lib. 1. hiſt. cap. 10. & lib. 8. Præpar. cap. 7. Nicephorum lib. 1. cap. 29. Origenem lib. 2. in Iob. Bedam. lib. de natura rerum c. 47. vt 31. annus Natiuitatis Chriſti ſit primus miniſterij ipſius. Qui vero duos ſaltem annos cum ſemiſſe Chriſtum prædicaſſe putant, vt Auguſtinus & Epiphanius: illis tamen Chriſtus vno anno ante natus erit, cum 33. ætatis anno in 18. Tiberij eum paſſum ſtatuant. Qui vero quinque Paſchata inducunt, & 4. annos prædicationis cum ſemiſſe faciunt: totam illi Euangelicam Harmoniam confundunt, & cœli curſum aduerſantem habent.

M. Vinitius Quartinus.
L, vel C. Caſſius Longinus.

M. Vinitius Conſulatum inijt poſt Auguſtū 72. annis: anno V. C. 781. 16. anno Tiberij. Velleius lib. 2. ſub finem.

*Nota quod à Conſulatu M. Vinitij Velleius Paterculus ſuũ Calculum inſtituat.*

Chriſtus poſt primum Paſcha Iohan. 2. cap. Samariam tranſiens. Iohan. 4. coniecto iam Iohanne in carcerem, incipit in Galilæa ſanare. Iohan. 4. Matth. 4 & dæmonia eijcere. Mar. 1. Luc. 4. Quod deinceps facit per tres annos. Luc. 13. Ecce dæmonia eijcio & ſanitates perficio Hodie & Cras & tertio die conſumor. Oportet enim me Hodie & Cras & perendie ambulare, &c.

*Et Chriſtus inquit Iohan. 2.* Templum hoc (ſcilicet corporis mei) erigam tribus diebus. Effluxerant enim 46. anni ab initio ſtructurę templi Herodis huc vſque: & tres anni reſtabant, id eſt, 49. anni in vniuerſum vſque ad reſurrectionẽ & ædificationem ſpiritualis templi Corporis Chriſti: Quot annis etiam ſecundum Templum in figura ædificatum fuit. 1. Eſdræ. 5. 6. 7. Vide ſupra in annis ante Chriſtum 514. & 465.

1

31
777
4053

Olympiadum

ANNI
Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.
Mundi Conditi
à Nabonaſſaro
Chriſti veri.

*De LXX. Septimanis Danielis.*

Cum hebdomadibus 70. Danielis ſic comparatum eſt, vt illarũ initium ſumi debeat à 20. anno Artaxerxis regis Perſarum, à facto verbo eius ad Nehemiam de ædificanda vrbe Hieruſalem ex Nehem. 1. 2. & 9. cap. Danielis. Sic autem Septimanæ Danielis cum annis Sabbaticis connectuntur, vt altera pars primi anni hebdomadis cuiuslibet ſit prima pars anni Sabbatici, vt hebdomades dimidio ſemper anno incipiant ante Sabbaticum annum: cum illarum initium ſit cum Menſe primo Niſan, vt horum cũ menſe ſeptimo Tiſri. Nehem. 1. 2. 5. 7. cap. Et Exod. 25. Deut. 31. Leuit. 25. Quibus poſitis & ſuo loco demonſtratis ſequitur ex Sabbatico anno temporibus Chriſti proximo & à Ioſepho notato anno V. C. 716. M. Agrippa & Caninio Gallo Coſs. lib. 14. Antiq. ſub finem & initium lib. 15. inde ſequitur, inquam, quod paſſio Chriſti incidat ſub finem vnius ſeptimanarum: illa vero eſt penultima nempe 69. ſeptimana ex 9. cap. Danielis, vbi dicitur poſt 7. & 62. ſeptimanas excindetur Meſſias, &c. vt ſic vltima & ſeptuageſima ſeptimana, tota & integra ſequatur paſſionẽ Chriſti: dimidium autem ſeptimanæ Haſabuah propter articulum He refertur ad ſingularem aliquam & excellentem ſeptimanam, qua nulla præſtantior eſt quam penultima, quæ comprehendit dicta & facta Chriſti à baptiſmate eius ad mortem vſque. Vbi ſingulariter etiam notandum quod dimidium huius ſeptimanæ penultimæ incipiat cum Iubilæo, ſecundũ Prophetiam Eſaiæ 61. quam Chriſtus initio curſus ſui pro ſe citat, Luc. 4. ca. Quod ſane verum eſt & exacte conuenit, ſi Iubilæorum ratio à Moſe ducatur, vbi anno 40. egreſſionis ex Ægypto menſe ſeptimo cepit occupare terram promiſſam victo Sihone. Deut. 2. & ceſſante Manna comederunt Iſraelitæ de fructibus quos non ſeminauerant. Ioſ. 4. 5. anno ante Chriſtum 1475. ſecundum noſtrum calculum. Inter iſtos annos autem non numerandi 70. anni captiuitatis Babylonicæ, quibus cunctis diebus terra ſabbatum egit 2. paral. vltimo capite; ideo pro vno ſabbato habendi, quod vltimus annus liberationis inſtar ſabbatici illis fuerit & numerandus etiam ſit: ſed nec 21. anni numerandi, quibus à 3 anno Cyri ad 2. Darij vſque impediti iterum fuerunt Iudæi à ſtructura Templi Hieroſolymitani. Daniel 10. cap. 1. Eſdræ 4. vt nec terra illis fructum dedit, Aggæi 2. cap. & Iudæi priuati fuerunt omni politia & poteſtate, & Eccleſiaſtica & ciuili, non minus ac in 70. annis captiuitatis Babylonicæ. Et his probe perpenſis & ſabbaticorum annorum ratione ex Aſtronomia demonſtrata, quod fieri poteſt, patebit: Sabbaticorum annorum rationem ante captiuitatem Babyl. obſeruatam non coincidere cum ratione Sabbaticorum à Nehemia inſtituta: ſed poſteriorum initium in medium priorum incidere: ita vt Iubilæus Moſaicus vltimus præcedat vltimam ſeptimanam Danielis per tres annos cum dimidio: & dimidium ſeptimanæ penultimæ incipiat cum Iubilæo Moſis vltimo. Si vero ſabbaticorum annorum ratio à Ioſua ducatur, vbi iam deuictis gentibus terram diuidere & colere ceperunt, quod etiam verum principium eſt ab agricolatione γεωργίᾳ Leuit. 25. cap. tum vltimus Iubilæus incidit in medium ſeptimanę vltimæ Danielis. Si vero Iubilæorum ratio repetatur à Condito Mundo vſque: tum vltimus

—Poſt alterum Paſcha deſignatum Iohan. 5. per feſtum Iudæorum, &c. Chriſtus ſabbato δευτεροπρώτῳ (id eſt vltimo die Azymorum, vt Epiphanius hær. 51. explicat) per ſegetes tranſit, &c. Matt. 12. Mar. 2. Luc. 6.

30
75
782

Tiberius Cæſar Auguſtus Germanicus V.
L. Ælius Seianus.

2

32
778
4054

Olympiadum

ANNI
Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.
Mundi Conditi
à Nabonnaſſaro
Chriſti veri.

Iubilæus Mundi ſequitur finem vltimę ſeptimanæ per 3. annos cum dimidio. Vt vltima ſeptimana circumdetur vndique Iubilæis ab initio Moſis, à fine Mundi, & in medio habeat Iubilæum Ioſuæ, ſicuti incipit cum Sabbatico Iubilæo à Nehemia vltimo, & deſinit cum Iubilæo Danielis vltimo: Et quia
31 76 783 decies ſeptima Septimana eſt: Ideo tota Sabbatica eſt Iubilæa, & omnia quæ in ea facta ſunt vel circa eam ante & poſt, Iubilæa ſunt læta & proſpera, poſtquam ſcilicet Chriſtus completo munere ſuo mortuus reſurrexit Dux & Sacerdos æternus & regnat nunc, & ſabbatum agit & Iubilæum cum ſanctis ſuis annis 100000. & ſic ſine fine. Quæ omnia ad intelligendum melius ſequentia de Septimanis Danielis præmittere volui, tanquam fundamentum totius Chronologiæ deſumptum ex ratione Iubilæorum tam egregie cum ſeptimanis 70. Danielis correſpondentium & finientium. Sicuti etiam aſtronomicum certum fundamentum totius Chronologiæ ſumitur ex anno & die paſſionis Chriſti & ex plenilunio 3. die Aprilis in feria ſexta facto anno Chriſti 33. ætatis, ſi communem rationem ſequamur, ſed reuera 34. annus eſt, vt omnia argumenta ſe ad oculum exhibent, in Chronologica deductione, & alibi etiam fuſius demonſtrabuntur.

Cn. Domitius Ænobardus, & Vitellius Nepos, alijs M. Furius Camillus Scribonianus, alijs Aruntius.

3

—Poſt tertium paſcha Iohan. 6. cum eſſet in Galilæa Chriſtus Iohan. 7. incipit admonere diſcipulos, quomodo oporteat ſe abire Hieroſolymam, pati, mori, reſurgere. Matth. 16. 17. Mar. 8. 9. Luc. 9. quaſi proximo paſchate hæc fieri oporteat.

—Ottho Imperator natus eſt 4. Cal. Maij Camillo Aruntio, Domitio Ænobardo Coſs. Suet. cap. 2. in Otthone, funeratus 38. ætatis anno, & 95. Imperij die, cap. 11.

Qui ex patribus Eccleſię Chriſtum decimo octauo anno Tiberij paſſum ſtatuunt, vt Euſebius etiam, & omnes illi qui Chriſto 32. ætatis annos cum ſemiſſe tribuunt, ſiue nunc prędicationi eius 2. annos cum ſemiſſe dent & baptiſatū Chriſtum iudicent cum compleuiſſet mox 30. annos ſub finem 15. anni Tiberij: ſiue 3. annos cū dimidio prædicationi dent & baptiſatum ſtatuant ſub initium 15. anni Tiberij cum ingreſſus modo fuerit Chriſtus 30. annum ætatis: Secundum omnes tamen illos Chriſtus vno anno ante natus erit, quam communis opinio eſt, cum initium regni Tiberij certum fundamentum habeat ex Eclipſi Lunę & 18. annus regni eius nec ſurſum nec deorſum transferri poſſit. Cum autem Iohannes in 15. anno Tiberij & in medio illius anni baptiſma ſuum ceperit, & Chriſtus deinceps modo acceſſerit ad baptiſma ſub finem 15. anni Tiberij, & 4. Paſchata exinde ſe exhibeant ad paſſionem eius vſque: ſequitur Chriſtum 19. anno Tiberij paſſum eſſe, 34. eius anno, quod deinceps demonſtrabitur ex ſacris, prophanis & Aſtronomicis rationibus.

—Chriſtus circa feſtum Scenopegiæ Iohan. 7. tempore maturitatis ficuum, per ſimilitudinem arboris ficus, tres annos à baptiſmate præteritos eſſe innuit, & dimidium reſtare, Luc. 13. cui deinde inſtante quarto Paſchate etiam extra tempus ficuum maledicit, Matth. 21. Mar. 11.

33 779 4055 Olympiadum

ANNI Romæ Conditæ, Iuliani, Chriſti vulgares. Olympiadum. Mundi Conditi, à Nabonaſſaro, Chriſti veri.

Anno 4. Olymp. 202. dies hora 6. ita in tenebricoſam noctem verſus eſt, vt ſtellæ in cœlo viſæ ſint, vt Origenes lib. 2. contra Celſum, ex lib. 14. de temporibus Phlegontis Græci Olympiadum ſupputatoris citat, & Euſebius etiam & Marianus Scotus: Luna hora 6. Solem cõtra naturalem motum ſub ingreſſa ac hora 9. ad veſperam iterum egreſſa, vt Dionyſius Areopagita Heliopoli Ægypti ſe obſeruaſſe cũ Apollophane teſtatur in Epiſtola ad Polycarpum cũ Sol principium Arietis & Luna principium Libræ occuparent, ꝙ cõtra naturæ curſum eſt, vt Eſculus Aſtrologus quamuis parũ religioſus eclipſin hãc cõputauit. Cuſpinianus: temporibus Pilati patiente Chriſto, vt ad annales Lucius (Lucianus alias) Antiochenus martyr corã iudicibus prouocat, & hunc Onuphrius in faſtis citat. Quo tẽpore (eclipſis ſc.) terræ motus ẽt fuit, vt Origenes ex eodẽ Phlegonte citat: Qui ſubuertit tũ in Bithynia Nicenę vrbis ædes: tum in Aſia 12. vrbes vna nocte, regnãte Tiberio. Plinius li. 2. c. 86. hoc eodem anno, Oroſius lib. 7. c. 4. Super quæ Areopagita philoſophus tũ tẽporis dixiſſe fertur, aut Deus naturæ patitur, aut Mundi machina diſſoluetur. In inſulis vero maris mediterranei vox Tiberio audita: Magnus Pan hodie mortuus eſt, vt Plutarchus citat inter rationes libri, cur oracula deſierint. Paſſus autem & mortuus eſt Chriſtus magnus ille Pan θεάνθρωπος der Gott Menſch 19. anno Tiberij (vt calculus aſtronomicus Pleniluniũ Paſchale hoc anno in feria ſexta 3. die Aprilis indubitato exhibet) 34. ætatis Chriſti anno, vt maior pars Eccleſiæ doctorum ẽt ſtatuunt. Quæ omnia Ioſephus quamuis Iudæus & ſuę gentis fautor confirmat. li. 18. c. 4. dicens. Tẽpore Tiberij erat Ieſus vir ſapiens, (ſi modo virum eum fas eſt dicere) Hic erat Chriſtus, decreto Pilati, accuſantibus eum noſtræ gentis Principibus, in crucem actus, & tertia die viuus iterum conſpectus, vt Vates de eo prædixerunt: à quo in hodiernum diem Chriſtianorum genus denominatum non deficit, &c. Et alia.

32 · 77 · 784

Ser. Sulpitius Galba. L. Cornelius Sulla.

CHRISTVS IESVS Dominus noſter mortem in cruce ſubijt Paſchate legali, feria ſexta, vt patet conferendo Euangeliſtas, qua die etiam terræ motus fuit & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram ab hora 6. diei ad 9. vſque (id eſt à meridie vſque ad tertiam) Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Iohan. 18. 19. Sic Chriſtus paſſus & victima pro peccatis factus ſub finem 7. & 62. ſeptimanæ (id eſt 69.) Danielis 9. vbi dicitur: excindetur Meſſias, id eſt, occidetur Chriſtus, poſtquam per dimidium huius 69. ſeptimanæ, id eſt, per 3. annos cum ſemiſſe abrogaſſet ſacrificia & oblationes, veteris ſcilicet teſtamenti & Moſaicas, ibidem. Et compleuit ſic Chriſtus typum feſti Paſchatis veteris teſtamẽti de agno paſchali. Exod. 12. 14. Leu. 23.

Initium LXX & vltimæ Septimanæ Danielis.

4 · 203

34 · 780 · 4056

Tertio die poſt (vt prędixerat Mat. 12. Iohan. 2.) primo ſabbatorum (i. feria prima) reſurgit Chriſtus ſummo diluculo cum terræ motu altero, Matt. 28. Mar. 16. Luc. 24. Ioh. 20. Ex quo tempore 40. diebus conſpectus à Diſcipulis, deinceps aſcendit in cœlum Act. 1. glorificatus rex æternus & ſacerdos in omnia ſecula Luc. 1. Heb. 4. 5. 8. 10. Vnde 10. diebus poſt in feſto Pentecoſtes mittit Spiritum S. ſuper Apoſtolos, in confirmationẽ miniſterij noui Teſtamenti. Actor. 2. Et ſic completur typus feſti Pentecoſtes veteris Teſtamẽti. Exod. 19. 24. Leu. 23. Et incipit officium Spiritus S. quem Chriſtus pollicitus erat Matt. 3. Ioh. 7. 14. 15. 16. Et incipit hic vltima Septimana Danielis cũ officio Spiritus S. & miniſterio noui Teſtamẽti, per quod Eccleſię colligitur cœtus Chriſtianorũ in æternũ omnium credentium, &c.

ANNI: Romæ Conditæ · Iuliani · Chriſti vulgares · Olympiadum · Mundi Conditi · à Nabonaſſaro · Chriſti veri.

Diſcipuli accepto Spiritu ſancto exeunt in finitima Iudææ, Euangelium prædicantes, languorem omnem ſanantes, ſigna & miracula edentes & Chriſto plurimos adducentes, vt acta Apoſt. exhibent ab initio ad 9. cap. vſque, Et ſic completur Prophetia qua dicitur Daniel. 9. cap. Vltima ſeptimana fœdus (nouum) confirmandum erga multos: deſignatione ſcilicet Spiritus Sancti, vt vltima ſeptimana hæc ſpectet ad officium Spiritus Sancti, quod plenius ille modo exercere cepit publica diſpenſatione etiam in die Pentecoſtes, & deinceps poſt glorificationem Chriſti: Antea enim Spiritus non erat, quia Chriſtus non erat glorificatus Iohan. 7. Et cum præcedentes ſeptimanæ Legis, Chriſto dentur, quatenus Lex pædagogia ad Chriſtum. Gal. 3. & dimidium penultimæ ſeptimanæ curſum Chriſti in annis tribus cũ ſemiſſe habuerit, quibus Chriſtus (vt etiam ante toto curriculo vitæ) ſubiectus Legi compleuit eam, & abrogauit tandẽ victimas omnes & oblationes morte ſua, victima ipſe pro peccatis factus: Sequitur, vt vltima ſeptimana aliquid ſingulare habeat à Cæteris: ſicuti etiam diſtincta & per Danielem Prophetam ſeparata eſt. Illud autẽ eſt officium Spiritus S. quod deinceps durat in omne Æuum, vt Spiritus S. etiam ſuum Æuum habeat, tertium nempe & vltimum in Mundo, quo potẽter ſe oſtendat & exerceat officium ſuum. Sicuti Chriſtus ſecundum Æuum habuit Legis: Lex enim & Prophetę de Chriſto vaticinati ſunt: Et omnia in Lege ad Chriſtum ſpectabant. Primum autem Æuum Patris maxime fuit, quo ſe Creatorem Deus oſtendit & Omnipotentem ante & poſt Diluuium. In hoc Æuo non fuit Lex ſcripta, ſed quæ Patres ab inuicem per manus acceperant viua voce tradiderunt: Ideo vacuum dicitur Thohu. Vigebat tamen in eo Lex Naturæ, vt in ſecundo Æuo Lex Moſis, & in tertio Æuo Lex Spiritus Vitæ. Rom. 8.

33
78
785

Sabbatum à Nehemia LXX. & vltimus Iubilæus.

Paulus Fabius Priſcus. L. Vitellius.

20. anno Tiberij L. Vitellius & Fabius Priſcus nuncupauerunt Tiberio Decennium, & Ludos decennales celebrarunt. Dion lib. 58. folio 391.

Vitellius Syriæ præſes in Iudæam peruenit ante Paſcha, & in Ioſephi Caiphę locum ſubſtituit Ionatham Anani vel Annæ Pontificis filium, Ioſephus Antiquit. lib. 18. cap. 6. 8.

Paulus conuertitur exacto vno anno circiter poſt Chriſti paſſionem, & commoratur inde compluribus diebus Damaſci, vt Acta Apoſt. exhibent ab initio ad 9. c. vſque. Poſt in Arabiam abit & denuo reuertitur Damaſcum. Gal. 1. cap.

Philippus Tetrarcha Iudææ, filius Herodis Magni, frater Herodis Antipæ, obijt Galilææ 20. anno regni Tiberij. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 9. Huic ſub initium modo Caij Caligulæ ſuccedit Herodes Agrippa. Hinc eſt, quod Ioſephus annos regni illius extendat in 37. annum, quo Agrippa ſucceſſor ditionis illius à Caio deſignatus fuit, & vt Rex Iudæam ingreſſus eſt, anno 2. Caij. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 8.

1

35
781
4057

Olympiadum

ANNI
Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.
Mundi Conditi
à Nabonnaſſaro
Chriſti veri.

34
79
786

Vitellius Syriæ Præſes ſtolam Pontificalem ab relegatione Archelai à Romanis aſſeruatam, tradit nunc aſſeruandam Iudæis & in Templum reponendam. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 6. 8.

C. vel P. Seſtius Gallus Camerinus.
Q. vel M. Seruilius Rufus Nonianus.

Septimana vltima Danielis.

2

36
781
4058

35
80
787

Sex. Papinius Gallienus.
Q. Plautius Plautianus.

Septuageſſima Iubilæa.

Vitellij Syriæ præſidis mentio fit ſub his Coſs. à Cornelio Tacito. lib. 5. fol. 118.

3

37
783
4059

Olympiadum.

ANNI

Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.
Mundi Conditi
à Nabonnaſſaro
Chriſti veri.

36
81
788

Marcellus procurator Iudææ Pilati loco ſubſtituitur à Vitellio Syriæ Præſide ante obitum Tiberij cum Pilatus præfuiſſet decem annis, Ioſeph. Ant.lib.18.cap.7.

Vitellius cum Herode aſcendit Hieroſolymam circa Paſcha ſacrificaturus Deo & à Ionatha transfert Pontificatum in fratrem eius Theophilum paulo ante obitum Tiberij.Ioſeph.Ant.lib.18.cap.7.11.

Tiberius Cæſar obijt 78. ætatis anno & 23. Imperij 17. Calend. Aprilis Cn.Acerronio Proculo, C.Portio Nigro Coſs.Suetonius cap.73.

Aurelius Sextus dicit mortuum ex inſidijs Caligulæ poſt 78. annum ætatis, menſes 4. Imperij vero 24. reſpiciens videl. ad vſitatos Romanis annos, &c.

Succedit Caius Caligula 25. annos fere natus & regnat annis tribus, menſibus 10. diebus 6.Suetonius.Dion lib.59.

Agrippa filius Ariſtobuli ex carcere fit rex Iudæorum à Caio Cæſare ſub initium Imperij eius donata illi Tetrarchia Philippi. Ioſeph. Ant.lib.18. cap.8. Regnat 7. annis. Euſebius, Philo, qui vocat illum Agrippam Priſcum. Regnauit 4. annos ſub Caio Cæſare, cum Philippi Tetrarchia tribus, quartum vero cum Herodis, tres autem reliquos ſub Claudij compleuit Imperio. Ioſeph. Ant. lib. 19. cap. 7. in fine. Marullus in Iudæam vt præſes mittitur à C. Cæſare.idem lib.18.cap.8.

C. vel C. Acerronius Proculus.
C. Pontius Nigrinus, à lijs Porcius dicitur.

Paulus exacto triennio poſt ſuam conuerſionem venit primo Hieroſolymam: & Barnabas illum ducit ad Apoſtolos, Petrum ſcilicet & Iacobum, alios enim tum non viderat. Act. 9. Gal. 1. Petro autem in ecſtaſi poſito reuelatur Gentium vocatio & libertas ſeu immunitas à Lege Moſis: & Spiritus Sanctus cadit in gentes, vt & illi Linguis ſuis magnalia Dei loquantur. Actor. 10. Et Petrus deinceps Ieroſolymis reddit rationem circumciſis & probat, quod Deus etiam gentibus fidem conceſſerit. Actor. 11. Et hæc omnia fieri incipiebant à medio vltimæ Septimanæ Danielis in Iubilæo vltimo

4
204

Nero natus eſt 18. Calendas Ianuarij aut ante 3. menſes quam Tiberius exceſſit, aut poſt 9. menſes, cum è viuis exceſſiſſet, vt patet ex Suetonio & Xiphilino è Dione: vtrum autem verius, in explicatione tractatum eſt.

38
784
4060

Septimana vltima Danielis LXX. Iubilæi 2.

Sabbatum terræ à Ioſua CCIII. & vltimus Iubilæus.

Olympiadum.

ANNI
Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.
Mundi Conditi
à Nabonaſſaro
Chriſti veri.
à Ioſua

37 82 789 à Ioſua, Gentibus exoptatiſſimo: vt hæc medietas poſterior vltimæ ſeptimanæ cum ſuo Iubilæo Gentium ſit, vt prior medietas cum ſuo Iubilæo Iudæorum fuit.

Septimana Danielis Iubilæa — M. Aquilius Iulianus. P. Nonius Aſprenas Torquatus. — 1 — 35 785 4061

Marullus præſes Iudæorum mittitur à C. Cæſare. Ioſeph.

Petrus Hieroſolymis reddit rationem circumciſis & probat, quod Deus etiam gentibus fidem conceſſerit. Actor. 11.

Altero anno Caij, Herodes Agrippa vt Rex ingreditur Iudæam, & ſic regnum occupat, Ioſeph. Antiq. lib. 18. cap. 8. Et hic modo deſinunt 37. anni Philippi à morte Herodis Magni. cap. 6.

Vltima — 38 83 790

Agabus Propheta prædicit famem, quæ deinceps poſt aliquot annos facta. Actor. 11. Herodes Agrippa autem etiam multo poſt obit tempore famis. Act. 12. vt per hyſteron proteron eius nunc facta mentio.

Vltimus Iubilæus — C. Cæſar Caligula II. L. Apronius Cæſianus. — 2 — 40 786 4062

C. Caligula cũ biennio adminiſtraſſet Remp. egregie, oblitus eſt ſe eſſe hominem & diuinos honores vſurpare incipit. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 10. XV.

Diſcipuli cognominati primum Antiochiæ Chriſtiani. Actor. 11. Hic forte Agabus poni poſſet.

C. Cæſar Petronium mittit in Syriam, vt Hieroſolymis ſtatuam ſuam ſub nomine Iouis Maximi poneret. Ioſeph. de bello Iud. 2. cap. 9.

39 84 791

Herodes Antipas cum Herodiade in exilium mittitur à C. Cæſare, & Herodi Agrippæ accedit ipſius Tetrarchia. Ioſeph. Antiq. lib. 18. c. 9. lib. 19. cap. 7. Nicephor. lib. 2. cap. 13.

Danielis Finis. — C. Cæſar Caligula III. Suffe- L. Gellius Publicola & M. Coc. — 3 — 41 787 4063 — Olympiadum

XII. Apoſtolis Hieroſolymæ ad celebrandum Paſcha congregatis, vna hebdomada annorum à paſſione Domini exacta, Caiphas Pontifex mittit Sacerdotes, poſtulatum vt ad ſe venientes doceant, Ieſum eſſe Chriſtum, aut ipſe eos doceat non eſſe. Clemens Recogn. lib. 1. pag. 6. d.

Viſiones & Prophetiæ 70. Septimanis à Daniele datę modo clauduntur & perficiuntur in vltima ſeptimana in miniſterio Apoſtolorum poſt paſſionem Chriſti, à die Pentecoſtes per totã hanc ſeptimanam. Sic enim Petrus Actor. 1. Prophetiam Ioel. 2. ad Pentecoſten refert, & ad Spiritus S. miſſionem, & Paulus Rom. 10. Pſalmũ 18. ad Apoſtolos refert & exitum eorum in vniuerſam terram: & Iacobus Apoſt. Prophetiam Amos 9. cap. de Gentium vocatione interpretatur Actor. 15. Et hæc omnia impleri cepta mox poſt Pentecoſtẽ & ad plenariam perfectionem deducta quadriennio poſt paſſionem Chriſti, & deinceps reliqua parte ſeptimanæ vltimæ Danielis, vbi Spiritus S. etiam in Gentes cecidit, & Apoſtoli exierunt in finitima Iudææ Euangelium hinc inde ſpargentes; tota hac vltima ſeptimana vſque ad finem & deinceps, vt ſequetur ſuo loco. Iudæorum autem ſtatus deinceps ſemper deterius ſe habere cœpit, cum reiecto Chriſto illis deinde Cæſaris ſtatua iuſto Dei iudicio oblata ſit ſub finem huius vltimæ ſeptimanæ. Et hæc forſan eſt abominatio & vaſtitas, de qua Daniel vaticinatur poſt finem 70. Septimanarum: Verius tamen Idololatria eſt, quæ deinceps circa Arcam teſtimonij ſub Alis Cherubin latentem & Chriſtum figurantem exercebatur, & reliquæ ceremoniæ Moſaicæ ſuperſtitioſæ ſunt à Iudæis pertinacibus retentæ. Ideo nihil deinceps niſi pœna, fames, peſtis, bella inteſtina, cædes & clades vltima ac vaſtatio Iudæorum, per Titum finaliter illata. De qua abominatione vide Functium in lib. 5. commentariorum in Chronologiam, anno Chriſti 39.

ANNI: Mundi Conditi | à Nabonnaſſaro | Chriſti veri. | Olympiadum | Chriſti vulgares. | Iuliani | Romæ Conditæ

| Anni Mundi Conditi / à Nabonassaro / Christi veri. | Olympiadum | Christi vulgares. / Iuliani / Romæ Conditæ | Consules | |
|---|---|---|---|---|
| | | 40 / 85 / 792 | ...cti Idibus Ian. / ...ceius Nerua. | Paulo poſt Clemens Roma ad Petrum Cæſaream Palestinæ venit, eius diſputationi cum Simone Mago interfuit, vnde cum illo Laodiceam Syriæ peruenit, vbi præſente Petro contra Genethliacos diſſeruit vix 7. elapſis annis à paſſione Chriſti, Clemens Recogn. lib. 9. pag. 47. d. Examina hæc, num reſpondeant actis Apoſtolorum. refutat enim hæc de Petro Cæſar Barronius tom. 1. fol. 439. 3. Cal. Ianuar. eius anni quo cæſus fuit Caius, natus eſt Titus. Suet. cap. 2. |
| 42 / 788 / 4064 | 4 / 205 | 41 / 86 / 793 | C. Cæſar Caligula IV. Tib. Claudius Cæſar I. / Cn. Sentius Saturninus. & L. Voluſius Iulianus. | —CLAVDIVS 9. Calend. Febr. die cædis Caligulæ, & C. Cæſare Caligula IV. & Cn. Sentio Saturnino Coſs. cepit imperare, imperauit annis 13 menſibus 8. diebus 20. Exceſſit 3. Idus Octob. Aſinio Marcello, Acilio Auiola Coſs. 64. ætatis anno (vide ſupra) imperij 14. Suetonius, Cum vixiſſet annos 63. Dion. Seneca de morte Claudij cum Suetonio concordat. Fit primo Conſul in locum demortui ſuffectus, Suetonius in Claudio capite 14. Super quem Conſulatum quatuor geſſit, ex quibus duos primos coniunctim, ſequentes per interuallum quarto quemque anno, ſemeſtrem nouiſſimum, bimeſtres cæteros, tertium autem nouo circa principium exemplo, in locum demortui ſuffectus. Claudius imperator ineunte ſua Monarchia donauit Herodi Agrippæ Iudæam, Samariam & Abilam, Ioſeph. lib. Ant. 19. cap. 3. 4. 5. & vltimo. Et Agrippa impetrauit fratri ſuo Herodi Regnum Calcitis. Petrus poſt occiſum Iacobum comprehenditur ab Herode Hieroſolymis Actor. 12. Inde liberatus venit Antiochiam & poſt Romam. Vide Cæſarem Barronium. |
| 43 / 789 / 4065 | 1 | | Tib. Claudius Cæſar II. / C. Licinius Cæcinna Largus. | Sub initium Regni Claudij Petrus Apoſtolus Domini noſtri Ieſu Chriſti Romam venit & ſalutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit, inde Chriſtiani Romæ eſſe ceperunt. Oroſius lib. 7. cap. 6. Euſebius in Chronico. Ieronymus. Tom. 2. in Catalogo. Onuphrius in faſtis ponit Petrum primum ingreſſum vrbem Romam 15. Cal. Febr. anno 2. Imperij Claudij, & gubernaſſe Romanam Eccleſiam 24. annis. 5. menſibus. diebus 12. Fames quæ in Syria 4. demum anno fuit, videtur in Italia cepiſſe ſub his Coſs. ex Dionis lib. 60. |

*Gerhardus Mercator interponit hic annum cum Coſs. ſine iuſta cauſa.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0052-0

42
87
794

Tib. Claudius Cæſar III.
L. Vitellius II.

Claudius mouet expeditionem in Britannos tertio ſuo conſulatu, & curam Vrbis & militum mandat Vitellio collegę ſuo. Dion. quam tamen expeditionem Oroſius 4. anno Claudij ponit, lib. 7. cap. 6.

2

44
790
4066

43
88
795

C. vel L. Quinctius Criſpinus.
T. vel M. Statilius Taurus II.

Fames ab Agabo prædicta Actor. 11. notatur anno 4. Imperij Claudij ab Euſebio & Oroſio lib. 7. cap. 6. In qua fame cura pauperum demandata fuit Barnabæ ac Paulo. Actor. 11. ſub finem.

Agrippa Rex Iudææ moritur percuſſus ab Angelo. Ioſeph. Ant. lib. 19. cap. 7. Act. 12. ſuccedit filius eius Agrippa Iunior annis 26. vſque ad deuaſtationem Hieruſalem, Beda. Euſebius. Philo.

Caſſius Longinus Præſes Syriæ mittitur in locum Marſi, & Cuſpius Fadius præfectus Iudææ. Ioſeph. Ant. lib. 20. cap. 1.

3

Iubilæus à Mundo 83. vltimus & perpetuus.

Circa hunc Iubilæum Mundi Barnabas & Paulus emiſſi à Spiritu Sancto abeunt Seleuciam: inde in Cyprum, Salaminem & Paphum, &c. Actorum 13. Et hic fit diuiſio Apoſtolorum & ex Antiochia fit egreſſio illorum in vniuerſum Orbem terrarum, Antea enim finitima Iudææ viſitarant. Vide Cæſarem Barronium. Hæc autem ad

45
791
4067

Mundi Conditi / à Nabonaſſaro / Chriſti veri — Olympiadum — ANNI Romæ Conditæ / Iuliani / Chriſti vulgares.

44
89
796

Mundum vniuerſum, fiunt etiam in Iubilęo Mundi: vt illa ad Iudæos fiebant in Iubilæo Moſis & Nehemiæ: & ad vicinas Iudææ Gentes fiebant in Iubilæo Ioſuæ, omnia ſingulari myſterio, vt ſi nihil eſſet quod calculum noſtrum confirmaret vel ab initio Mundi: hoc vnum ſufficeret.

M. Vinitius Quartinus II.
A. Cornelius vel M. Statilius Coruini.

4
206

Deſcriptione Romæ facta anno 5. Claudij Cæſaris, inuenta ſunt ciuium Romanorum 69. centena & 144. milia. Euſebius in Chronica. Hoc Luſtrum in annis non refertur ad Auguſtiana Luſtra, nec illis reſpondet: ſed refertur ad initium Imperij Claudij, cuius reſpectu Luſtrum eſt 5. eius anno factum.

*Eclipſis ☉ certum fundamentũ exhibens annis R. C. cum Coſſ.*

46
792
4068

Eclipſis Solis accidit die Natalis Claudij M. Vinitio iterum & Statilio Coruino Coſs. Dion lib. 60. & Suetonius. Gerhardus Mercator & ab eo ſeductus Leonhardus Grenzhemius & alij Eclipſin hanc transferunt cum Coſs. in annum ſequentem à nato Chriſto 46. Sed calculus Prutenicus hoc anno 45. à nato Chriſto, (ſi communem rationem annorum Chriſti ſequamur) nouilunium Eclipticum exhibet Calendis Auguſti, qui natalis Claudij fuit, vt Dion & Suetonius teſtantur.

45
90
797

P. vel C. Valerius Aſiaticus II.
M. Valerius Meſſala, alijs L. Cornel. Syllanus.

1

47
793
4069

Olympiadum

ANNI
Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.
Mundi Conditi
à Nabonaſſaro
Chriſti veri.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0054-1

46
91
798

Annus Romæ C. 800. Conſules habuit Claudium IV. & L. Vitellium III. Dion. lib. 60. fol. 417. Cornelius Tacitus lib. 11. fol. 137. ſub quibus Ludi ſæculares ſpectantur 64. anno poſt, quam Auguſtus ediderat. Vide ſupra anno V. C. 736. Cornelius Tacitus comprehendit vtroſq; extremos annos. Plinius ſaltem 63. annos ponit, & exacte numerus conuenit. Cenſorinus de die Natali cap. 17. eoſdem Coſs. ponit hoc eodem anno V. C. cum ſextos Ludos ſæculares faceret Tib. Claudius Cæſar.

Tib. Claudius Cæſar IV.
L. Vitellius III.

2

48
794
4070

Sub Præſide Iudææ Tiberio Alexandro tolluntur è medio Iacobus & Simon filij Iudæ Galilæi, qui tempore Cenſus à Quirinio peracti Iudæos ſollicitabat ad defectionem. Ioſeph. Ant. lib. 20. cap. 3.

47
92
899

Anno 8. Claudij ab initio (ſi anni numerentur ſecundum Conſules Romanos) Cumanus præſes Iudææ ſuccedit Tiberio Alexandro. Ioſeph. Ant. lib. 20. cap. 3. Herodes rex Calitis vita exceſſit 8. anno Claudij, qui eius principatum Agrippæ iuniori donauit. *Ibidem.* Mox ſub eodem Ventidio Cumano Seditio Hieroſolymæ oboritur in diebus Azymorum, vt 30. millia Iudæorum perierint: Euſebius & Oroſius notant hoc factum in anno 7. Claudij, patet tamen ex Ioſepho factum completo 7. anno, & initio 8. anni, vel ſequentis anni Paſchate hæc facta erunt.

Luſtrum condit Claudius Vitellio & Vipſanio Coſs. in anno Romæ Cond. 801. Cornelius Tacitus lib. 11. fol. 137. 142. Hoc Luſtrum Euſebius in 5. annum Claudij ponit.

A. Vitellius, qui poſtea Auguſtus appellatus.
L. Vipſanius Publicola.

3

—Paulus & Barnabas expleto miniſterio Eleemoſynæ, quod illis demandatum per totum hoc tempus famis Actor. 11. Gal. 2. (quam huc vſque in Iudæa fere duraſſe ex Ioſepho patet lib. 20. Ant. cap. 35. In Italia vero extendebatur in 9. annum Claudij vſque, Oroſius lib. 7. cap. 6.) venerunt Hieroſolymam aſſumpto Iohanne Marco, Act. 12. & Tito poſt annos 14. (ſuæ conuerſionis) Gal. 2 ad Synodum deſcriptam 15. cap. Act. cui plures ex Apoſtolis interfuerunt, Iacobus etiam & Simon Petrus, vt patet ibidem.

49
795
4071

Qui Chriſtum communi ratione hactenus vſitata & natum & tamen 34. ætatis anno paſſum ſtatuunt: illis Concilium hoc primum Hieroſolymitanum Actorum 15. in annum expulſionis Iudæorum ex Vrbe Roma Act. 18. coincidit: Sed iuſtum ſpacium intereſſe, res geſtę interuenientes ex cap. 15. 16. 17. Actor. Apoſtolorum te docere poſſunt.

ANNI
Mundi Conditi | à Nabonnaſſaro | Chriſti veri. | Olympiadum. | Romæ Conditæ | Iuliani | Chriſti vulgares.

D. Paulus abſoluta Synodo Hieroſolymis diſcedens vna cum Sila per-
48 ambulat Syriam & Ciliciam confirmans fratres. Act. 15. Barnabas autem cum
93 Marco nauigauerat in Cyprum: ibidem. & alia quæ ſequuntur capitibus 16.
800 17. 18. Act, requirunt ad minimum annum cum dimidio, vt nobis ſeſe omnia ad manus quaſi offerant firmiſſimo argumento veritatis calculi, &c.

C. Pompeius Longinus Gallus. Q. Verannius.

4

207

C. Pompeius Gallus & Q. Verannius Coſs. fuerunt anno V. C. 801. & conſulatu eorum Olympias ſeptima & ducenteſima actis publicis annotata eſt, Solinus cap. 2. circa finem, qui Romam ſtatuit conditam anno 1. Olymp. 7. in principio opuſculi. Conſentit cum Dionyſio Halicarnaſſæo, quos ego ſecutus ſum in numerandis annis Romæ Conditæ.

50
796
4072

Anno 9. Claudij, expellit Claudius ex Vrbe Roma Iudæos, Ioſeph. Oro-
49 ſius, aſſidue tumultuantes impulſore Chreſto, (id eſt, Chriſto vel propter
94 Chriſtum) Suetonius in Claudio. cap. 25. Inde D. Paulus Corinthum veniens
801 conuerſatur cum Iudæo Aquila (cuius vxor Priſcilla) expulſo etiam Roma. Actor. 18. cap.

C. Antiſtius Vetus. M. Suillius Rufus Seruilianus.

Acta Apoſtolorum & reliqua in Ioſepho, ego deinceps non examinaui, niſi ſub finem 6. annorum acta ex Ioſepho. Quare ex alijs Chronologorum libris vel ex fontibus ipſis ſuppleant alij, & in vacua ſpacia reponant. Sufficit deinceps mihi, certitudinem ſolummodo calculi propoſuiſſe & demonſtraſſe vſque ad vltimam deuaſtationem Ieroſolymorum.

1

51
797
4073

| Mundi Conditi à Nabonnaſſaro Chriſti veri. | Olympiadum | Anni Romæ Conditæ Iuliani Chriſti vulgares. |
|---|---|---|

| Mundi Conditi / à Nabonaſſaro / Christi veri | Olympiadum | Christi vulgares / Iuliani / Romæ Conditæ | Consules | |
|---|---|---|---|---|
| | | 50 / 95 / 802 | T. Claudius Auguſtus V. Orphitus. ſuffectus Veſpaſianus I. | |
| 52 / 798 / 4074 | 2 | | | Domitianus natus 9. Calend. Nouemb. patre (Veſpaſiano ſcilicet) Conſule deſignato, inituroque menſe inſequenti honorem. Suetonius. Vixit annos 44. menſes 10. dies 26. Xiphilinus. Patet igitur ex poſteriori ab ætate Domitiani Veſpaſianum vltimis 2. menſibus anni 803. Romæ conditæ primo Conſulem fuiſſe, non anno V. C. 821. vt Cuſpinianus voluit, vide deinceps. |
| | | 51 / 96 / 803 | Syluanus & Siluius. Sulla & Otho. | |
| 53 / 799 / 4075 | 3 | | | |
| | | 52 / 97 / 804 | Iunius Syllanus. Antonicus. | |
| | 4 / 208 | | | D. Iunio & Q. Auterio Coſs. tributa in quinquennium remiſſa & Apamienſibus & Biſantijs. Cornelius Tacitus. fol. 166. 167. |
| 54 / 80C / 4076 | | | | Agrippa cum dynaſta fuiſſet Calcidis per quadriennium donatur à Claudio 12. eius anno tetrarchia Philippi & Batanæa, adiuncta Trachonitide cum Abila. Ioſeph. Ant. lib. 18. cap. 5. |
| | | 53 / 98 / 805 | Aſinius Marcellus. Acilius Auiola. | |
| 55 / 801 / 4077 | 1 | | | |

Anni

| Mundi Conditi / à Nabonnaſſaro / Chriſti veri | Olympiadum | Romæ Conditæ / Iuliani / Chriſti vulgares | Conſules | |
|---|---|---|---|---|
| | | 54 / 99 / 806 | | NERO VI. imperator Romanorum 3. Idus Octob. Imperator à militibus ſalutatur, ſub M. Aſiliano & M. Acilio Coſs. Cornelius Tacitus lib. 12. natus annos 17. & regnauit paulo minus per 14. annos. Suetonius. regnauit autem 13. annos, menſes 8. vt Xiphilinus è Dione habet. |
| 56 / 802 / 4078 | 2 | | NERO Auguſtus. Antiſt. Vetus. | |
| | | 55 / 100 / 807 | | |
| 57 / 803 / 4079 | 3 | | Voluſius Saturnin. Cornelius Scipio. | Hos Conſules Caſſiodorus omittit: ſed quod adeſſe debeant ex eo patet, quod Cornel. Tacitus 14. annos ponat, à Conſulatu Pompeij & Verannij ad P. Marium & Aſinium Coſs. quod non fieri poteſt niſi admittantur extremorum annorum Conſules cum his intermedijs. |
| | | 56 / 101 / 808 | | |
| 58 / 804 / 4080 | 4 / 209 | | NERO Auguſtus II. Calphurnius Piſo. | |
| | | 57 / 102 / 809 | | |
| 59 / 805 / 4081 | 1 | | NERO Auguſtus III. Valerius Meſſala. | Nerone III. & Valerio Meſſala Coſs. conſtitutum ne cenſibus negociatorum naues aſcriberentur, tributumque pro illis penderent. Item Nero aggerem ante 63. annos inchoatum à Druſo, coercendo Rheno, abſoluit. Cornelius Tacitus lib. 13. fol. 191. vide ſupra anno V.C. 746. |

ANNI

58
103
810

Vipſanius Apronianus.
Fonteius Capito.

2

60
806
4082

Pridie Calend. Maij Vipſanio & Fonteio Coſs. facta eſt Eclipſis Solis, quam Campania hora diei inter ſeptimam & octauam ſenſit, Plinius lib. 2. cap. 70. Cornel. Tacitus lib. 14. fol. 201.

—Buntingus hanc eclipſin inuenit die 25. menſis Ægyptij Pachon horis à meridie elapſis duabus anno à Nabonnaſſaro 806. vt incidat in annum Chriſti vulgarem 59. Verum autem 60. in vltimum diem Aprilis, horam 2. pomeridianam. Facta autem in $6\frac{1}{2}$. gradu Tauri iuxta Caudam Draconis in $9\frac{1}{2}$. gradu Tauri conſtitutam. Et fuit digitorum $10\frac{1}{2}$. Quæ ſane omnia egregie veritatem calculi & Hiſtoriarum certitudinem demonſtrant.

59
104
81

Nero Auguſtus IV.
Cornel. Lentulus.

3

61
807
4083

Nerone IV. Cornelio Coſſo Coſs. quinquennale ludicrum Romæ inſtituitur ad morem Græci certaminis. Cornel. Tacitus lib. 14. fol. 203.

60
105
812

Cæſonius Pætus.
Petronius Turpilianus.

4
210

62
808
4084

Cenſus per Gallias actus Cęſonio Pæto & Turpiliano Coſs. Corn. Tacitus lib. 14. fol. 211.

61
106
813

Marius Coſſus.
Aſinius Gallus.

1

63
809
4085

P. Mario & L. Aſinio Coſs. annus 8. eſt, vt imperium obtinet Nero, & eſt 14. annus ex quo Seneca Neroni præceptor datus, ſub Coſs. Pompeio Gallo & Q. Verannio. Cornel. Tacitus lib. 14. fol. 213. 151. 152.

Anni
Mundi Conditi
à Nabonaſſaro
Chriſti veri.
Olympiadum
Romæ Conditæ
Iuliani
Chriſti vulgares.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0059-2

| Anni Mundi Conditi | à Nabonnaſſaro | Chriſti veri | Olympiadum | Romæ Conditæ | Iuliani | Chriſti vulgares | Consules | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4086 | 810 | 64 | 2 | 814 | 107 | 62 | Memmius Regulus. Paulus Virginius. | |
| 4087 | 811 | 65 | 3 | 815 | 108 | 63 | Lecanius Baſſus. Licinius Craſſus. | |
| 4088 | 812 | 66 | 4 / 211 | 816 | 109 | 64 | P. Silius Nerua. C. Iulius Atticus. | Prodigia quæ excidium Ieroſolymitanum præceſſerunt, & initium belli per Cæſarienſes Iudæos exhibitum in 12. anno regni Neronis, recte hoc anno Iuliano 110. ponit Dominus Kepplerus & quæ ſequuntur ſub finem tractatus ſui, eo quod 8. die Aprilis hoc anno Paſcha fuerit, & 7. Septemb. Sabbatum. Ioſeph. de bello Iudaico lib. 7. cap. 12. & lib. 2. c. 13. & 18. Anni autem Neronis ſecundum Romanos Coſs. numerandi veniunt. |

65 110 817 Clades Ceſtij 8. die Nouemb. 12. anno Neronis. Ioſeph. lib. 2. cap. 24. ſub finem.

Si non adeſſet ratio ſupra poſita aſtronomica: clades tamen hæc Ceſtij ſatis argueret, initium belli Iudaici non poſſe in ſequentem hunc annum reponi. vt alij minus dextre faciunt.

Suetonius Paulus. Pontius Teleſinus.

1

—Veſpaſianus dux belli Iudaici conſtitutus, à Nerone Cæſare in Syriam mittitur, & per totum hunc annum Galilæam ſubigit. Ioſeph. lib. 3.

67 813 4089 Iotapata expugnatur in Kalendarum Iuliarum die, id eſt, primo die Iulij anno 13. imperij Neronis. Ioſeph. lib. 3. cap. 13. ſub finem. Et Ioſephus capitur. cap. 14.

66 111 818 Gamala expugnatur à Veſpaſiano trucidatis 9000. Iudæorum 22. die Octobris. Ioſeph. lib. 4. cap. 3.

C. Fonteius Capito. C. Iulius Rufus.

Cum Engaddi municipium à Meſſadenſibus in Paſchate occupatum ſit: Gadara vero oppidum deinceps modo 4. die Martij à Veſpaſiano ſubactum ſit, vt Ioſeph. habet lib. 5. cap. 3. videtur alterum hoc in ſequentem annum reponendum, cum paſcha non poſſit eſſe ante 4. Martij diem. Quare neceſſe erit Exercitum Romanum toto hoc anno quieuiſſe, ſicuti conijcere etiam licet ex præcedente 2. capite. Et in hoc 3. etiam capite exercitus ocioſus dicatur. Et ſi Keppleri ratio aſtronomica valet de initio belli Iudaici 12. anno Neronis ſupra exhibita; Neceſſe etiam eſt, modo dictas binas res geſtas in duos etiam annos digerere: Si vero has res per hyſteron proteron à Ioſepho deſcriptas dicere volueris: tanti tamen viri rationes aſtronomicas diluere non potueris. Quare & ego relictis alijs hac in parte ſecutus ſum illum.

2

68 814 4090

Mundi Conditi / à Nabonaſſaro / Christi veri. | Olympiadum | Romæ Conditæ / Iuliani / Christi vulgares. — Anni

67 112 819 Tertio Calend. Iulij Paulus & Petrus martyrio coronati ſunt Fonteio Capitone & Iulio Rufo Coſs. Onuphrius ex Damaſo in comm. faſt. lib. 2. & antequam annus ad finem peruenit Nero ſeipſum interfecit. Et quod Cuſpinianus in Caſſiodorum dicat ex Vetuſtiſſimorum omnium conſenſu, hæc anno Chriſti 69. peracta eſſe (vno anno ad minimum ante mortem Neronis) patet igitur inde vnum annum numero annorum Chriſti addendum. Veſpaſianus 4. Martij Gadara, indeque cætera præſidia circa Hieroſolymas occupat. Ioſeph. lib. 5. cap. 3.

C. Silius Italicus. M. Galerius Turpilianus.

3 —Nero à Senatu hoſtis iudicatus ſibi ipſi mortem conſciuit, 4. Idus Iunij Succedit SERGIVS SVLPITIVS GALBA, & præeſt 7. menſes, dies 7. Onuphrius.

69 815 4091

Iulio menſe audit Veſpaſianus in Syria, Neroni mortuo ſucceſſiſſe Galbam: quare filium ſuum Titum mittit Romam ad Cæſarem Galbam. Ioſephus & Cornelius Tacitus. lib. 17.

68 113 820 IOHANNES EVANGELIVM ſuum ſcribit anno Domini 69. Nicephorus.

Sulpitius Galba II. Titus Iunius Vinius Criſpinus

A condita Roma ad Sergij Galbæ II. & T. Iunij Conſulatum annos 820. numerat Cornelius Tacitus lib. 17. ab initio.

—Galba Imperator occiſus eſt 17. Calend. Februarij anno ætatis 73. ſe ſecundo & T. Vinio Coſs. Suetonius. Succedit OTHO SYLVIVS, & imperauit 94. diebus. Suetonius.

Sabbaticus annus à Ioſepho.

Quidam Othonem Syluium II. cum fratre L. Syluio Titiano hoc in loco poſt Galbam Conſulem faciunt.

poſt Galbam Marius Celſus ſub Othone

—Otho ſeipſum pugione confodit 12. Calend. Maij. Tacitus lib. 18. VITELLIVS imperium arripit & præeſt 8. menſes, dies 5. Ioſephus lib 5. cap. 13. ſcilicet vſque ad mortem.

Sub Vitellio C. Quintius Atticus. Cn. Cæcilius Simplex.

—VESPASIANVS à militibus in Syria & Iudæa Imperator creatur in principio menſis Iulij. Tacitus lib. 18. Suetonius. Et regnat 10. annos. Xiphilinus è Dione. Dion à morte Neronis ad initium Veſpaſiani numerat vnum annum, dies 22. Veſpaſiani primus Conſulatus ſupra habetur: alter in ſequentem annum protrahitur.

4 212

70 816 4092

| Mundi Conditi à Nabonaſſaro Chriſti veri. | Olympiadum | Chriſti vulgares. | Iuliani | Romæ Conditæ |
| --- | --- | --- | --- | --- |

ANNI

Poſt Atticum Valerius Aſiaticus. Tacitus lib. 19. 20.

Dum milites Vitellij ſe inuicem trucidarunt ad Cremonam oppidum, Eclipſis Lunæ notatur à Xiphilino è Dione ſub finem ſcilicet æſtatis & initium hyemis, quam Calculus aſtronomicus exhibet 18. die Octob. ad horam 10. noctis, in 23. gradu Libræ circa nodum aſcendentem.

Vitellius non obijt 3. die Octob. vt Ioſephus ſcribit: cum 15. Calend. Ianuarij mentio eius fiat ante obitum apud Cornel. Tacitum ſub finem lib. 19. Quare in Decembrem vſque illum ſuperuixiſſe neceſſe eſt.

69 | 114 | 821

Veſpaſianus è Syria egreſſus non tendit Romam: ſed manſit per hyemem Alexandriæ. Ideo locus Cornel. Taciti ab initio 20. lib. non de primo illius Conſulatu, nec de anno quo Galba II. & Iunius Coſs. fuerunt, intelligendus, vt Cuſpinianus in Caſſiodorum facit, ſed de altero eius & huius anni Conſulatu, cum ante multos annos primo Conſul fuerit, Titus autem filius hoc modo anno cum Patre primo Conſul ſit, vt contextus etiam ipſe in Tacito exhibet.

Imperator Cæſar Veſpaſianus Auguſtus II. Titus Flauius Cæſar Veſpaſiani Auguſti filius.

I

Imperator Veſpaſianus poſt hyemem Romam tendens filium ſuum Titum in Iudæam remittit, vt obſidione cingeret Hieroſolymam & euerteret: quod opus etiam in Paſchate 14. die Aprilis aggreditur, & menſium quinque ſpacio abſoluit. Cornel. Tacitus lib. 21. Ioſephus de bello Iudaico. lib. 6. 7.

Cum igitur hoc anno Paſcha Iudæorum in 14. die Aprilis peractum ſit, & menſis Hebræorum Niſan cum Aprili Romanorum exacte coincidat, vt Buntingus annum hunc in menſes reſoluit, & ad oculum demonſtrauit; argumentum hoc certiſſimum eſt, acta hæc Titi nec in præcedentium nec ſequentium annorum aliquem transferri poſſe; Sed hunc ipſiſſimum eſſe euerſionis Ieruſalem & Iudæorum annum.

8. die Auguſti & 10. Milites Titi ignem inijciunt & exuſtum templum eſt.

8. die Septembris in 2 anno Veſpaſiani tota Vrbs occupata direpta & incenſa conflagrauit: Vt ſolo æquata & funditus euerſa ſit. Et ſic Iudæorum politia finem habuit penitus. Ioſeph. lib. 6. & 7.

Titus deinceps ſequente hyeme natalem patris ſui Veſpaſiani celebrans Ludos edidit magnificentiſſimo apparatu: & ſequenti anno cum Patre Romam triumpho ingreditur. Ioſeph. lib. 17.

| Mundi Conditi / à Nabonnaſſaro / Chriſti veri. | Olympiadum. | Romæ Conditæ / Iuliani / Chriſti vulgares: |
|---|---|---|
| 71 / 817 / 4093 | | 70 / 115 / 822 |

ANNI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0065-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0066-8

AB: 63496

ULB Halle 3
007 397 283

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0067-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0068-9

# CHRONOLOGIA

# PRIMORVM CAESA-
# RVM ANTE ET POST NA-
## ... RISTVM AB OCCVPATA
... OSOLYMA, VSQVE AD VLTIMAM DEVASTATIO-
... eſpaſiani filium: Hiſtoriarum tam Sacrarum quam prophanarum non
... ris ſolum, ſed præcedentium & conſequentium etiam anno-
... um fundamentum proponens & calculo Aſtrono-
mico confirmans,

## ... M FINEM, VT VERVM
... NATIVITATIS ET PASSIO-
... NOSTRI IESV CHRISTI CVM TOTA
*... EVANGELICA IN OMNIBVS CIRCVM-*
*... eatur: ad confirmandam Religionis Chriſtianæ certitu-*
*... m, & reprimendam Judæorum & incredularum*
*Gentium blaſphemiam.*

... ISÆVM ROESLIN MED. DOCTOREM, &c.

*FRANCOFVRTI,*

Ex officina Typographica Matthiæ Beckeri.

*M. DC. XII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-596722-p0069-8